









GRAMMATICA ARABICA.

GRAMMATICA ARABICA,

BREVITER

IN USUM SCHOLARUM ACADEMICARUM

CONSCRIPTA

A

T. ROORDA

ADIUNCTA EST

BREVIS CHRESTOMATHIA CUM LEXICO

Editio secunda, correcta et aucta



LEOVARDIAE
APUD G. T. N. SURINGAR
PARISIIS, BENJAMIN DUPRAT
MDCCCLX

PRAEFATIO.

Causa, quâ ad hunc librum conscribendum motus sum, desiderium fuit, quod iam dudum, neque, ut comperi, ego solus, sentiebam grammaticae Arabicae, Latine conscriptae et usui in scholis academicis aptae, quae in summâ, quâ posset, brevitate ea tamen omnia contineret, quae tironibus cognitu necessaria sint, quaeque praesenti linguae Arabicae accommodata esset scientiae; talis fere, qualis suo tempore Erpeniana fuit. Nam Institutiones Rosenmulleri desiderium illud haudquaquam potuisse explere, omnes consentient, qui, quantâ negligentiâ et inscitiâ conscriptae sint, ac quàm mendose editae, noverint. Postquam igitur diu frustrà speraveram fore, ut alius me peritior tale grammaticae Arabicae compendium ederet, tandem ipse manum ad opus admovi. In quo in primis bvevitati studui. Quare vel omittenda, vel leviter dunta-

xat tangenda esse putavi ea omnia, quae aut provectioribus tantùm opus est cognoscere, aut quae, quum omnibus linguis Semiticis communia sint, plerisque eorum, qui grammaticae Arabicae operam navant, ex Hebraeâ iam nota sunt suâve sponte intelliguntur, vel et a doctore in erudiendo facilè tradi possunt explicarique. Quod tamen brevitatis et tironum maxime commodis inserviendi studium non prohibuit, quo minùs et hoc libro, ubi longiore non opus erat expositione, aliquid ad scientiam et disciplinam grammaticae Arabicae promovendam conarer conferre — Ut etiam magis iuvaretur studiosorum utilitas, brevem Chrestomathiam, e manu scripto Thaâlebii facetiarum libro selectam, adiunxit et lexico explanavit Petrus Cool, vir amicissimus, antè discipulus diligentissimus, nunc apud Teleiobaptistas Purmerendenses verbi divini interpres.

Scripsi Amstelodami, a. d. XXIV Octobris, anno MDCCCXXXV.

T. R.



Nova haec editio, praeterquam quòd in Grammaticâ correcta sunt, quae corrigenda, et addita, quae addenda esse

videbantur, aucta est brevi Prosodiâ seu capite quarto de metro et assonantiâ versuum in poësi, ac de poëtarum licentiis. Chrestomathiae quoque et Lexici novam editionem mihi demandavit primus editor, ad quam parandam maximo mihi usui fuit summâ curâ et diligentiâ scripta prioris editionis censura, quam olim in voluminibus menstruis, vernaculo sermone conscriptis, quibus titulus est De Gids, *edidit desideratissimus amicus Weijers. Sed, quum usus docuisset, selecta illa ex Thaâlebîi facetiarum libro, quae sola primae editioni pro Chrestomathiâ adiuncta fuerunt, tironibus ad primum linguae Arabicae studium paullò difficiliora esse; nunc iis praemisi aliquot sententias et narrationes faciles intellectu. Sumsi has ex iis, quas suis Institutionibus ad fundamenta linguae Arabicae adiunxerat, sed pessime ediderat, E. F. C. Rosenmüller, ipse autem sumserat e* Sententiis Ali Ebn Abi-Talebi, *editis a Cornelio van Waenen, et e Miscellaneis Arabicis, editis Calcuttae anno* 1811 *hoc Arabico et Anglico titulo:* نَفْحة اليَمَن فيما يزول بذِكْره الشَّجَن Nufhut-ool-Yumun, an Arabic miscellany of compositions in prose and verse; selected or original by Shuekh Uhmud bin Moohummud Shurwanee *ool* Yumunee. *Illas sententias et narrationes qui legerit, ac deinde e selectis ex Thaâlebîi libro faciliora, quae leguntur* n^o. 2, 3, 10, 12,

13, 16, 26, 30, 31, 36, 38—41, 45—48, 54, 56, 58, 61—68, 70, 74—76, 87, 88, 91—95 *et* 100—103; *ei cetera quoque non nimiam paritura esse puto difficultatem.*

Scripsi Delphis Batavorum, a. d. XX Iulii, anno MDCCCLVII.

T. R.

GRAMMATICAE CONSPECTUS.



I. DE ELEMENTIS ET SCRIPTURÂ.

II. DE FORMÂ ET FLEXURÂ SINGULARUM ORATIONIS PARTIUM.

GRAMMATICA ARABICA.

1. Lingua, cuius grammaticam breviter tractare proposuimus, una est ex multis sermonis Arabici dialectis, quâ prae ceteris excultâ ab antiquissimis temporibus fere solâ in scriptis suis usi sunt eruditiores, quamque igitur *linguam scriptorum* sive *eruditorum* nuncupamus, dum reliquas communi nomine *linguae vulgaris*, seu *linguae populi*, comprehendimus.

I.

DE ELEMENTIS ET SCRIPTURÂ.

2. Scribitur a dextrâ manu versùs sinistram. — Scripturae genus, quod in orientalibus regionibus usitatissimum est et quo in Europâ libri Arabici edi solent, *Nèschi*, id est *exemplarium*, appellatur. Singulae autem litterae, exceptis sex, cum eâ, quae in eâdem voce sequitur, in scribendo connectuntur, atque eaedem paene omnes in fine vocum liberiore ductu producuntur. Itaque, si calami ductum, quo ita inter se iunguntnr, ipsius, aut praecedentis, aut sequentis, litterae partem esse ducas, primâ specie videantur quatuor, vel saltem duas, habere figuras diversas; sed accuratiùs eas consideranti proprie unam tantùm singularum formam esse apparebit. Figuras, consuetum ordinem, nomina et cuiusque sonum sequens tabella docet.

Nomen.	*Figura.*				*Sonus.*
	Litterae non connexae.	Connexae cum praecedente.	Utrimque connexae.	Connexae cum sequente.	
Aleph	ا	ـا	...	...	Spiritus lenis, sicut *h* mutum in Gallicis *homme*, *bonheur*. Praeterea vocalem longam *a* designat.
Bâ	ب	ـب	ـبـ	بـ	*B.*
Tâ	ت	ـت	ـتـ	تـ	*T.*
Thâ	ث	ـث	ـثـ	ثـ	*T blaesum*, à praecedente litterâ eo differens, quòd *laxâ* linguâ profertur, fere sicut Anglorum *th*.
Djim	ج	ـج	ـجـ	جـ	*G.* Sed in multis Orientis regionibus, et a plerisque in Europâ, profertur sicut *dj*, sive ut *g* Italorum ante *e* vel *i*.
'Hâ	ح	ـح	ـحـ	حـ	Est spiritus asperrimus, quasi duplex *h*.
Châ	خ	ـخ	ـخـ	خـ	*Ch*, sicut in Germanico et vernaculo *nacht*, cum rasurâ gulae efferenda.
Dâl	د	ـد	...	...	*D.*
Dzâl	ذ	ـذ	...	...	*D blaesum*, a praecedente litterâ eo differens, quod *laxâ* linguâ profertur, ut Anglorum *th* in *the* (vernaculo *de*). Sonus, medius inter *d* et *z*, ut a *Thâ* distinguatur, per *dz* exprimi quodammodo potest.
Râ	ر	ـر	...	...	*R.*
Zâ	ز	ـز	...	...	*Z*, sicut in Gallicâ et vernaculâ linguâ haec littera pronuntiatur.
Sin	س	ـس	ـسـ	سـ	*S.*
Sjin	ش	ـش	ـشـ	شـ	*S palatale*, sive *Sj.* Sonat enim haec littera plane sicut *sh* Anglorum. A *ch* Gallorum eo differt, quod non, ut haec, *muta* consonans, et a *sch* Germanorum, quòd non, ut haec, *adspirata* est.
Çâd	ص	ـص	ـصـ	صـ	Sonat fere ut ç Gallorum, vel ut *z* Germanorum; sed ab orientalibus cum vi quâdam profertur Europaeis vix imitabili, ita ut post consonantem brevis vocalis *o* vel *u* audiri videatur. Media litera est inter *z* et *s*, quasi *ts*; verùm ita, ut leniter *t*, fortiter *s* audiatur.
Zhâd	ض	ـض	ـضـ	ضـ	*Çâd blaesum*, à praecedente litterâ eo differens, quòd *laxâ* linguâ profertur. Ut ث per *th*, sic huius litterae sonus per *zh* quodammodo exprimi potest.

Nomen.	Figura.				Sonus.
	Litterae non connexae.	Connexae cum praecedente.	Utrimque connexae.	Connexae cum sequente.	
ʿTâ	ط	ـط	ـطـ	طـ	Est *t*, sed cum vi quâdam et impetu efferenda, qualem litterae Çâd proprium esse diximus.
Dhâ	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ	ʿ*Tâ blaesum*, à praecedente litterâ eo differens, quòd *laxâ* linguâ profertur; quo fit, ut fere eodem modo sonet, ac Zhâd. Discriminis gratiâ per *dh* exprimimus.
ʾAin	ع	ـع	ـعـ	عـ	Est littera gutturalis vel spiritus Europaeis incognitus, quem tamen fortasse ita quodammodo imitari poteris, ut litteram *k* pronuntiare incipiens, hanc tamen non offeras, sed quasi deglutias, adeo ut hiatus quidam relinquatur cum collisione gulae coniunctus.
Ghain	غ	ـغ	ـغـ	غـ	Eadem littera est atque antecedens, sed cum rasurâ gulae proferenda, ita ut sonet fere ut *gh*, et media sit inter *r* et *g*.
Phâ	ف	ـف	ـفـ	فـ	*Ph*, non verò *F:* nam *muta* consonans, non adspirata est, sonans ut *pf* Germanorum.
Kâph	ق	ـق	ـقـ	قـ	Est *k*, sed efferenda cum vi quâdam et impetu, qualem litteris Çâd et ʿTâ proprium esse diximus.
Câph	ك	ـك	ـكـ	كـ	*K.* [Figura, quae in fine vocum huic litterae inscribitur, nihil aliud est, quàm parvum ک: idque fit, ne confundatur cum ل.]
Lâm	ل	ـل	ـلـ	لـ	*L.*
Mim	م	ـم	[illegible]	مـ	*M.*
Nûn	ن	[illegible]	[illegible]	نـ	*N.*
Hâ	[illegible]	[illegible]	[illegible]	هـ	*H.* Si, quod in terminatione nominum femininâ fit, duo puncta superscribuntur, ة sicut Tâ proferenda est.
Vâu	و	[illegible]	[illegible]	...	Est *semivocalis* consonans *v*, sonans ut *w* Anglorum, sive ut *ou* in Gallicis *oui*, *ouate*. Praeterea vocalem longam *û* (*u*), quin etiam diphthongum *au*, designat.
Iâ	ى	ـى	[illegible]	يـ	*I* consonans, velut in 'Ιησȣ̃ς, sonatque ut Gallorum *y* in *il y a*. *Semivocalis* consonans est; atque etiam vocalem longam *î*, itemque diphthongum *ai* designat. [*In fine vocum* haec littera plerumque sine punctis scribitur, quia hoc loco non facilè confundi potest cum litteris Bâ, Tâ, Thâ *et* Nûn.]

3. In libris manu scriptis, itemque in iis, qui artificioribus typis impressi sunt, aliquot litterae saepe paullò liberiùs vel arctiùs inter se connectuntur: veluti Lam-Mîm لم, Hâ-Mîm هم, 'Ain-Mîm عم, Mîm-Mîm مم, Iâ-Mîm يم, Hâ-Iâ هي, Mîm-'Hâ مح, Nûn-'Hâ نح, Çâd-'Hâ صح, 'Ain-Djîm عج, Iâ-'Hâ يح, Lâm-Mîm-'Hâ لمح, Phâ-'Hâ-Djîm فحج, Aleph-Lâm-Djîm-Mîm المج, Aleph-Lâm-Mîm-'Hâ المح. — Semper Aleph cum praecedente Lâm coniungitur in hunc modum: لا, لا aut لا; quae igitur connexa figura Lâm-Aleph appellatur. — Interdum etiam littera ه in fine vocum iungitur cum litteris د, ذ, ر, ز et و, licet aliàs hae litterae cum sequente non connectantur.

De vocalibus, Djezmate, Tanvîne et diphthongis.

4. *Vocales breves* prisci Arabes non scribebant. Postea, ut etiam hae designarentur, inventae sunt tres notae, quae litteris, post quas pronuntiandae sunt, adscribuntur. Una *Phat'ha* (vel *Phat'h* sive *Phèt'h*) appellatur, estque lineola obliqua litterae superscripta, indicans sonum *a* aut *è* vel *é* (ut in Gallicis *père* et *péché*); velut in syllabâ دَ (*da*, aut *dè*, vel *dé*). Secundae nomen *Kesra* (vel *Casr* sive *Kèsr*) est, figura lineola obliqua litterae subscripta, eâque significatur sonus *i* aut *é* vel *e* (ut in diversis syllabis vocabuli Gallici *redressé*); velut in syllabâ دِ (*di*, *dé* vel *de*). Tertia denique *Zhamma* (vel *Zhamm*, sive, ut alii scribunt, *Dhamma* vel *Dhamm*) nuncupatur, figuram habet parvi و litterae superscripti, sonatque *o* vel *u* (ut in Germanico *und*); velut in syllabâ دُ (*do* vel *du*).

Exemplum trium harum vocalium in unâ voce sit نُقَدَ (*no'keda*). — Quibus autem in casibus quo modo singulae efferendae sint, certis regulis tradi nequit; et variant dialecti. Itaque exempli causâ nomen primae litterae Arabicae, quod nos *Aleph* extulimus, alii *Èliph* vel *Éliph* pronuntiant.

5. Littera consonans, quam nulla in eâdam syllabâ vocalis consequitur, notari solet parvo, ut plurimum tamen non plane clauso, circulo (quippe qui in notis numerorum *nullum* designat); velut in قَدْ (*kad*) et سِرْتُ (*sertu*). Nota haec *Socûn* vel *Djezma* (proprie *Djèzm* sive *Djazm*) dicitur. — Quae autem littera non est *consonans*, ea non solet notari Djezmate.

6. *Longae vocales* litteris designari solent: longum *á* (a multis in nonnullis casibus ut Gallorum *é* aut Germanorum *ae*, vel plane *é*, pronuntiatum) litterâ ا, longum *í* litterâ ى, longum *ú* (*u*) litterâ و. Quando autem vocalium notae adscribuntur, praecedens consonans notatur Phat'hâ, Kesrâ aut Zhammâ; ut in نَاصِرُونَ (*náçerúna*) et نَاصِرِينَ *náçerína*). Sic ergo litterae istae non magis vocalem, quam longum eius sonum, significant; et, quum consonantes non sint, non solent scribi cum Djezmate (§ 5). Litterae *quiescentes* tunc dicuntur.

7. Longum *á* antiqui Arabes in mediis vocibus rariùs litterâ ا designabant. In aliquot frequentissimi usûs vocibus priscus hicce mos servatus est: sed tunc *Phat'ha* scribi solet *ad perpendiculum*, ut simul figuram parvi Aleph exhibeat; velut in هٰذَا *hic*, pro هَاذَا (*hádzá*). — Quidam minùs recte sic scribunt omne longum *á*, etiamsi longum esse littera ا indicat; quin etiam

Kèsram, si longa est, pariter ad perpendiculum exarant: ut in فيهَا (*phîhâ*) *in eâ.*

8. Longum *á* in fine vocum saepe etymologiae sive originis causâ non litterâ ا, sed litterâ ى designatur, ac tunc etiam haec littera sine Djèzmate scribenda est, diciturque *quiescens;* velut in رَمَى (*ramá*). Conservari potest haec scribendi ratio, si tali voci pronomen quoddam annexum est; ut in رَمَيهُ (*ramâhu*) *petiit eum;* quod tamen, quum littera ى ita non ampliùs *in fine* vocis esse putetur, plerumque رَمَاهُ scribitur. — In nonnullis vocabulis ob eandem rationem ante ة aliquando vice litterae ا scribitur و, quod tunc itidem, ut *quiescens* littera, non notandum est Djèzmate; ut in صَلوة (*çalâtu*) pro صَلَاةٌ. — Multi in his quoque casibus Phat'ham ad perpendiculum scribunt: صَلٰوة , رَمٰيهُ , رَمٰى

9. Atqui non solet longum *á* in fine vocum litterâ ى designari, si etiam ultima consonans ى est: nimirum, ne duae similes litterae concurrant; quod, si licet, in scripturâ Arabicâ evitatur. Ergo scribitur دُنْيَا pro دُنْيَى. — Excipiuntur tamen duo nomina propria يَحْيَى et رَيَّى.

10. In fine vocum tres illae brevium vocalium notae saepe duplicantur, quo significetur, eas cum sono litterae Nûn pronuntiandas esse; velut in صفقةً (*çephatan*) et صفقةٍ (*çephatin*); ac duplex quidem Zhamma ab orientalibus tunc uno calami ductu pingi solet, fere ut in صفقةٌ (*çephatun*). Appellatur haec vocalis cum sono litterae Nûn pronuntiatio *Tanwín* seu *Tènvín*, quasi dicas *Nunatio;* usitataque est in terminationibus nominum,

quae *casûs* dicuntur. Et, quia hae terminationes in linguâ vulgari non pronuntiantur, ideo non scribitur littera Nûn, sed in linguâ eruditorum designatur eâ notae vocalis duplicatione. Veruntamen, quando nomen in linguâ eruditorum cum terminatione *an* effertur, huius loco in linguâ vulgari, nisi ipsum nomen in longum *á* desinat, terminatio *á* usurpatur: et, quum haec terminatio significetur per litteram ا, ea, si ex consuetudine linguae eruditorum pro *á* cum Tanvîne *an* effertur, in scripturâ quidem conservatur, sed non pronuntiatur, ac plane otiosa littera est: velut in تَنْوِينًا (*tanvinan*, in linguâ vulgari *tanviná*). Pariter, si nomen cum Tanvîne effertur, nulla in pronuntiando ratio habetur litterae ى, si haec in fine vocum vocalem *á* designat (§ 8), ut in فَتًى (*phatan*, in linguâ vulgari *phatá*) *adolescens*.

11. *Diphthongi* in sermone Arabum duae sunt, *au* et *ai;* quas tamen plerumque propemodum sic pronuntiant, ut Galli solent, fere tanquam *ó* et *é*. Scribuntur ut in لَوْ (*lau*) *si*, et بَيْنَ (*baina*) *inter*.

12. Monendum hîc est, post litteram و, quâ vocalis longa *ú* et diphthongus *au* scribuntur, in *fine* vocum, si verbum aut vocabulum eâ litterâ per coniugationem aut declinationem auctum est, scribi solere otiosum seu quiescens ا; velut in pluralibus مُلَاقُوا (*molâkû*) *occurrentes*, يَتْلُوا (*jatlû*) *legent*, et رَمَوْا (*ramau*) *petiverunt*. Quod igitur non scribitur, quando tali voci pronomen annectitur; ut in رَمَوْنِي *petiverunt me*. — Tradunt Arabum grammatici, et credimus, hoc ا in fine vocum ideo scribi, ne antecedens و in scripturâ, quae vocalium notis

caret, cum sequente voce iungatur, atque habeatur pro coniunctione وَ; quippe cuius frequentissimus in linguâ Arabicâ usus est. Ergo illud ا initio nihil aliud fuit, quàm lineola ad perpendiculum scripta, quâ praecedens vox a sequente disiungeretur. — Scriptum quoque offenditur, praesertim in antiquis libris, post وْ, quod non item per coniugationem aut declinationem voci accessit; ut in يَتْلُوا (*jatlû*) pro يَتْلُو *leget:* sed recentiores in talibus id omittendum esse censuerunt, quo singularis numerus a plurali discernatur. — Quidam illud ا nunquam scribunt; et non scribere mos est in بَنُو *filii*, siquidem hoc a grammaticis subtilioribus non censetur esse *plurale*.

13. Praeter duas illas diphthongos *au* et *ai* alias Arabes in suâ linguâ non habent, et evitant, si forte ex analogiâ exsisterent. Itaque in eâdem syllabâ non pronuntiant semivocalem litteram و post vocalem *i*, nec semivocalem litteram ى post vocalem *u*. Veluti مُوقِنٌ dicunt pro مُيْقِنٌ, مِيلَادٌ pro مِوْلَادٌ, solâ vocali pronuntiatâ, sed, ut eadem syllabae quantitas sit, productâ. E contrario بِيضٌ pronuntiant pro بُيْضٌ, sono litterae semivocalis servato. Neque etiam in duabus continuis syllabis vocalem *u* aut diphthongum *au* ante semivocalem litteram ى proferre amant: certe, si analogia linguae permittit, vocalem *i* et diphthongum *ai* iis substituunt. Sic non بَنُوِى (*filii mei*), sed pro eo بَنِيَّ (*banîja*) profertur. Nunquam verò vocales *u* et *i*, si concurrunt, coalescunt in diphthongum. — De concursu vocalium autem sequentia animadverti debent.

14. Duae vocales concurrentes facilè sic duabus distinctis pronuntiantur syllabis, ut spiritu leni, id est litterâ ا, tanquam

consonante, seiungantur; ut in سَأَلَ *sa-ala*, يَقْرَأُ *jakra-u*. Verùm saepissime hiatus evitatur. Quod quomodo fiat, paucis exponendum est.

15. *Duabus brevibus* vocalibus concurrentibus,

1°. utraque sine hiatu conservari potest, quando prior *u* vel *i*, posterior autem *a* est. Tunc enim ex priore vocali sponte suâ in pronuntiando exsistit conveniens semivocalis littera و vel ى, quae intercedens ambas vocales disiungit; velut in يَغْزُوَ *jaghzuva* pro *jaghzu-a*, رَامِيَةٌ *râmijatun* pro *râmi-atun*, رَامِيًا *râmijan* pro *râmi-an*.

2°. In reliquis casibus hiatus sic evitatur, ut una tantùm, plerumque prior, efferatur vocalis, alterâ plane omissâ: sed tunc, quae relinquitur vocalis, brevis manet tantummodo in syllabâ consonante clausâ sive compositâ, in apertâ sive simplice semper producitur. Sic dicitur فَتًى *phatan* pro *phata-un*, *phataïn* et *phata-an*, رَامٍ *râmin* pro *râmi-un* et *râmiïn*, فَتَى *phatâ* pro *phata-u*, *phataï* et *phata-a*, رَامِي *râmî* pro *râmi-u* et *râmiï*, يَخْلُو *jachlû* pro *jachlu-u*; sed قِيلَ *kîla* pro *koïla*.

16. Si duarum, quae concurrunt, vocalium *prior brevis*, sed *posterior longa* est:

1°. utraque sine hiatu conservari potest, si posterior *â* est. Nam, si prior vocalis *u* vel *i* est, ex huius sono etiam hîc sponte suâ nascitur conveniens semivocalis littera و vel ى, quae inter utramque intercedens eas separat; velut in يَغْزُوَانِ *jaghzuvâni* pro *jaghzuâni*, رَامِيَاتٌ *râmijâtun* pro *râmiâtun*. Atqui eodem modo hiatus evitatur, etsi prior brevis vocalis *a* est: littera autem semivocalis, quâ in hoc casu ambae vocales

seiunguntur, plerumque و est: ut in خَلَوَا *chalavá* pro *chalaá*. Littera ى non usurpatur, nisi ob analogiam linguae; ut in رَمَيَا *ramajá* pro *ramaá*.

2°. Si prior vocalis *a*, posterior *ú* vel *í* est, hiatus sic evitatur, ut ambae vocales in diphthongos *au* et *ai* coalescant; velut in يَرَوْنَ *jarauna* pro *jara-úna*, تَرَيْنَ *taraina* pro *tara-ína*.

3°. Si prior *u* vel *i* est, atque eadem longa vocalis sequitur, ambae in unam longam coalescunt; ut in يَخْلُونَ *jachlúna* pro *jachlu-úna*, تَرْمِينَ *tarmína* pro *tarmi-ína*. Et verò

4°. idem obtinet, si post breve *u* longum *í*, aut post breve *i* longum *ú* consequitur: nam etiam tunc ita coalescunt vocales, ut brevis sequenti longae in pronuntiando assimiletur: ut in تَخْلِينَ *tachlína* pro *tachlu-ína*, يَرْمُونَ *jarmúna* pro *jarmi-úna*.

17. Si vocalium concurrentium *prior longa* est, eae nunquam coalescunt. Quodsi autem hiatus evitatur, littera semivocalis interponitur; ut in صَفْرَاوَانِ *çaphrávâni* pro *çaphrá-âni*.

18. In paucis vocabulis sic denique hiatus evitatus est, ut spiritus asper, id est littera ه, pro leni spiritu pronuntiaretur: velut in أُمَّهَاتٌ *ommahâtun* pro *omma-âtun*.

De Hamzá.

19. Quando littera ا non, ut saepe, longam vocalem *á* designat (§ 6), sed vim consonantis sive spiritûs lenis habet, litterae adscribitur parvum 'Ain (ء), quo significetur, litteram ut consonantem, propemodum ut ع, efferendam esse; velut in قَرَأَ *kara'a*, إِنْ *in*, أَمَرَ *omera*, تَأْمُرُ *ta'moru*. Nota haec *Hamza*

(vel *Hamz*) nuncupatur, et scribi solet, ut ex his exemplis apparet, media inter litteram et vocalis notam aut Djezma.

20. Tum quoque Hamza sola vicem explet consonantis ا, quoties haec in linguâ vulgari non pronuntiatur. Quod *semper* obtinet *in fine vocem* post vocalem longam, diphthongum, aut syllabam consonante terminatam; velut in جَاءَ *djâ'a*, جِيءَ *djî'a*, سُوءٌ *sû'un*, ضَوْءٌ *zhau'un*, شَيْءٌ *sjai'un*, رِدْءٌ *red'un* et مَاءً *mâ'an*, quae vulgò *djâ*, *djî*, *sû*, *zhau*, *sjai*, *réd et mâ* proferuntur.

21. *Aliquando* id locum quoque habet *in mediis vocibus;* ut in يَسَلُونَ pro يَسْأَلُونَ, يَيَسُ pro يَيْأَسُ, سَوَّةٌ pro سَوْأَةٌ, مَقْرُوَّةٌ pro مَقْرُوءَةٌ: nam tunc facilè ا, sive Hamza, in pronuntiatione obscuratur, et vocalis sequens, quâcum proferenda esset, iungitur cum praecedente consonante, aut cum litterâ simivocali و vel ى, quae in pronuntiando sponte suâ nascitur ex antecedente vocali longâ *û* vel *î* aut diphthongo *au* vel *ai*. Itaque tunc effertur *jasalûna* pro *jas'alûna*, *jaijasu* pro *jai'asu*, *sauvâ* pro *sau'â*, *makrûva* pro *makrû'â*. Neque tamen, quamvis ita pronuntiatur, littera و vel ى bis scribitur: non solent enim Arabes vocales longas aut diphthongos litteris ا, و et ى designare, si eadem littera ut consonantis nota proxime antecedit aut sequitur. Ideoque nunquam ا, sed *semper in mediis vocibus* sola Hamza scribitur, si praecedit longa vocalis *â*; ut in جَاءَتْ *djâ'at;* denique ante terminationem اً (§ 10); ut in شَيْئًا *sjai'an*. — Ceterùm plena illa litterae ا in mediâ voce obscuratio, quando syllaba consonante terminata praecedit, non soli linguae vulgari propria est, sed etiam in libris ab eruditis

scriptis nonnunquam offenditur; veluti in يَسَلُونَ pro يَسْأَلُونَ vel يَسْئَلُونَ *rogabunt.*

22. Rarum et praeter consuetudinem est, ita *in mediis vocibus* loco consonantis ا solam Hamzam cum Phat'hâ scribere, si *brevis* vocalis *a* antecedit; ut in ذَءْبٌ pro ذَأْبٌ.

23. *In principio vocum* si duo ا cum vocali *a* pronuncianda concurrunt, prius per solam Hamzam significatur; velut in ءَأَرْنَابٌ et ءَأَلِدُ. — Unum tantùm ا scribitur, quia in linguâ vulgari *arnâb* et *âled* profertur, duabus vocalibus, quas lingua eruditorum per spiritum lenem, id est per consonantem ا, disiungit, in unam brevem aut longam coalescentibus (§ 15, 2°).

24. Scribi denique Hamza quoque solet super litteris و et ى, quando hae in locum consonantis ا succedunt. Quod obtinet, *in mediis vocibus*, quando proxime antecedit vel consequitur vocalis *u* vel *i*: nam tunc sponte suâ non spiritus lenis, sed aut longa vocalis *û* vel *î*, aut loco spiritûs semivocalis littera و vel ى profertur. Scribitur igitur مُؤْمِنٌ pro مُأْمِنٌ, سُؤَالٌ pro سُأَالٌ, رُؤُفٌ pro رَأُفٌ, أَذْؤُبٌ pro أَذْأُبٌ, دَنُؤَ pro دَنُأَ: et tunc duo illa puncta, quae aliàs litterae ى adscribuntur, omittere iubent orthographi; ut in جِئْتُ pro جِأْتُ, فِئَةٌ pro فِأَةٌ, سُئِلَ pro سُأِلَ, قَائِلٌ pro قَاأِلٌ, رُئِىَ pro رُأِىَ, يَئِسَ pro يَأِسَ, مُذْئِبٌ pro مُذْأِبٌ, قَائِلٌ pro قَاأِلٌ, هَانِئٌ pro هَانِأٌ. — Imperfecta autem sine punctis istis hoc in casu scribi videtur litera ى, quia proprie non est littera ى. Quin nonnulli tale ى sine punctis Hamzae subscribere quoque solent, ubi Hamza sola litterae ا vicem explet, nullaque vocalis *i* aut praecedit aut sequitur (§ 21); velut in يَسْئَلُونَ (*jas-*

'alúna) pro يَسْأَلُونَ seu يَسْـَٔلُونَ. Ab his igitur illud ى pro mero Hamzae fulcro duci videtur.

25. Propter *ultimam* vocalem brevem *u* vel *i*, quae in linguâ vulgari non profertur, licet quidem pro antecedente ا aut Hamzâ scribere و vel ى cum Hamzâ; velut in تَفْتَؤُ pro تَفْتَأُ; plerumque tamen, et rectiùs, ut videtur, ا tunc non mutatur. — Sed animadvertendum est, in hoc casu Hamzam cum vocali saepe non superscribi aut subscribi litterae ا, sed post eam collocari; ut in تَفْتَاءُ et مُبْتَدَاءِ pro مُبْتَدَإٍ. Quod non aliam ob causam fieri videtur, quàm quòd Hamzam cum vocali super litterâ ا, aut sub eâ, scribere, vix permittit spatii inter lineas in libris manuscriptis angustia. Et cavendum tunc, ne proferatur *taphtá-u* et *mubtadái* cum longo *á*.

26. At si tali voci pronomen quoddam annectitur, vocalis *u* vel *i* plerumque non ampliùs *ultima* esse censetur, nec verò est. Sic vulgò scribitur مَاؤُهُ (*aqua eius*), rariùs مَاءُهُ.

27. Quodsi ob longam vocalem *ú* vel *í* ا ita in و vel ى commutatur, ea longa vocalis ex orthographiae lege, quam suprà iam commemoravimus (§ 21), non solet alio و vel ى designari, scriburque exempli causâ طَاؤُسٌ pro طَاؤُوسٌ, رِدَائِ pro رِدَائِي, مَؤُودَةٌ pro مَؤُوُودَةٌ, مَسْؤُلٌ pro مَسْؤُوُلٌ, رُؤُسٌ pro رُؤُوسٌ, رَئِيسٌ pro رَئِيسٌ, بَدَؤُا pro بَدَؤُوا, خَاطِئِينَ pro خَاطِئِينَ. — Sunt tamen, quibus, si non longa vocalis, diphthongus aut syllaba composita, ut in quatuor exemplis prioribus, sed, ut in quatuor posterioribus, brevis vocalis Hamzam antecedit, utrumque و vel ى scribere videatur praestare.

28. *In principio vocum* ا ob sequentem vocalem *u* vel *i* non

mutatur. Nulla quoque mutatio fieri solet, ne ob praecedentem quidem vocalem, si voci, cuius prima littera ا est, particula quaedam praemittitur; ut in لأَبٍ *ad patrem.* — Excipiuntur tamen certae quaedam voces compositae, ut لَئِنْ pro لَأَنْ, حِينَئِذٍ, similesque aliae. Et, quando particula, quae praemittitur, interrogandi particula أ est, sequens ا, si cum Kesrâ profertur, semper in ى mutatur; ut in أَئِذَا (*num quando*) pro أَإِذَا: sin verò Zhamma sequitur, aut ا in و mutatur, aut pro alterutro ا sola Hamza scribitur; velut in أَوُخِذَ, aut أَؤُخِذَ vel أَأُخِذَ, *an prehensus est?* pro أَأُخِذَ. Conferatur § 23.

29. Littera أ, aut in eius locum succedens ؤ vel ئ, si syllabam claudit, quam etiam inchoat أ, ex multorum opinione plane desinit esse consonans, ideoque sine Hamzâ et Djezmate scribitur, ut in إِيمَانٌ pro إِئْمَانٌ, أُومِنَ pro أُؤْمِنَ. Conferatur § 33. — Atqui idem facere licet, etsi aliâ litterâ syllaba inchoatur; velut in رَاسٌ pro رَأْسٌ, بُوسٌ pro بُؤْسٌ, ذِيبٌ pro ذِئْبٌ.

30. Tum etiam litteras و et ى, quando in mediis vocibus ob praecedentem vocalem Zhammam vel Kesram pro ا scribuntur (§ 24), sine Hamzâ scribere quidam permittunt, licet non claudant syllabam, sed cum vocali *a* proferantur: veluti فِيَةٌ pro فِئَةٌ, سُوَالٌ pro سُؤَالٌ. — Sunt enim grammatici, qui Hamzam non scribunt, quâ significetur و aut ى pro litterâ أ substitutum esse, sed quâ indicetur, litteram و vel ى, etsi pro أ substituta sit, tamen non plane sic ut و vel ى, sed medio quodam inter hanc et ا pronuntiandam esse sono; veluti قَائِلٌ ita proferendum esse, ut sonus medius sit inter *kâjilun* et *kâïlun.*

Videlicet Hamzam semper idem significare volunt, ac si litterae ا adscribatur: hoc puta, litteram, cui addita sit, tanquam spiritum lenem, propemodum ut ع, efferendam esse.

31. Denique loco litterae ا sive Hamzae inter brevem et longam vocalem *a* saepe quidem و profertur (§ 16, 1°.) in certis quibusdam vocum formis, sed tunc littera و sine Hamzâ scribitur; ut in تَوَامَرُوا pro تَآمَرُوا, ذَوَائِبُ pro ذَءَائِبُ. Praesertim hoc fit, si antecedens quoque syllaba litterâ ا inchoatur; velut in أَوَاخِرُ pro أَءَاخِرُ.

De Meddâ.

32. Ex orthographiae lege, quam suprà memoravimus (§ 21), vice consonantis ا post ا, quod longam vocalem *á* designat, semper sola Hamza scribitur. Verùm tunc ا illud, quod in serie litterarum omissum est, scribi solet super altero ا inter lineas, et, quia spatium inter lineas ut plurimum angustius est, in transversum, sive in latus conversum, hoc modo: جَآءَ, جَآءَتْ. Fit hoc, ut videtur, propterea, quòd Hamza et vocalis, quae litterae ا superscribendae essent, saepe ob angustiam spatii, quod inter lineas est, post eam scribuntur, velut in تَفْتَآءُ pro تَفْتَأُ (§ 25). Ut igitur declaretur, vocalem *a* non, ut in hac voce (*taphta'u*), brevem, sed longam esse; vel potiùs, ut significetur, Hamzâ non indicari, litteram ا, cui adscripta sit, consonantem esse, sed eam litterae ا, quae non scripta sit, vicem explere, istiusmodi transversum ا adscribitur. — Tale autem transversum ا a grammaticis *Medda* (sive *Madda*, vel *Mèdd* sive *Madd*) nuncupatur.

33. Ob eandem orthographiae legem longa vocalis *á* nunquam litterâ ا designatur, si syllabam inchoat consonans ا sive eius vicaria Hamza: atque etiam tunc huic consonanti ا superscribi solet Medda, omissis etiam Hamzâ et Phat'hâ, quippe quas in hoc casu scribere haud necesse est atque ut plurimum vix permittit angustum inter lineas spatium. Scribitur igitur تَآمَرُوا pro تَأَامَرُوا, sive تَأَمَرُوا (ut suprà scripsimus § 31), ذَآئِبُ pro ذَأَائِبُ sive ذَءَائِبُ, آخَرُ pro أَاخَرُ sive ءَاخَرُ. Pariter, quando ا, quod syllabam claudit, post alterum ا, quod syllabam inchoat, desinit esse consonans (§ 29); velut in آمَنَ pro أَأْمَنَ, et hoc pro أَأْمَنَ. — Ceterùm in his casibus idem significari potest Phat'ham ad perpendiculum scribendo (§ 7): تَأٰمَرُوا, أٰمَنَ.

34. Eadem nota, quae Medda appellatur, adscribi quoque solet litteris, quae compendio pro integris vocibus scribuntur; velut in جٓ pro جَمْعٌ (*plurale*) apud grammaticos.

Tèšdîd.

35. Quod Europaei litterae duplicatione designant (consonantem quampiam non magis cum sequente, quàm cum antecedente vocali in pronuntiando iungendam esse, adeo ut, quum praecedentem syllabam claudat, simul consequentem inchoët), id Arabes ita significant, ut unam tantùm litteram scribentes, ei superscribant hanc notam ّ, quae *Tèšdîd* (seu *Tašdîd*) nuncupatur: velut in مَدٌّ (*meddun*), مَدَّةٌ (*meddatun*), et إِنَّا (*inná*), quod ex إِنَّ (*ecce*) et نَا (*nos*) compositum est. — Pariter super ا, licet lenis tantùm spiritûs sonum habeat; ut in رَأَّى (quamquam hoc rarum est, quia vulgò pro spiritu leni, si du-

plicandus est, semivocalis littera و vel ى effertur): ac proinde etiam super Hamzâ, sive sola litterae ا vicem expleat; ut in رَآّسٌ (*ra''âsun*); sive litterae ى superscribatur; ut in رِئّيسٌ (*rijisun*).

36. Porro, quando و vel ى in fine syllabae scribendum esset, ut vocalem longam aut diphthongum significaret, sequens autem syllaba ab eâdem litterâ, ut consonante, incipit, non bis exaratur eadem littera, sed semel scriptae (§ 21) superscribitur Tèsjdîd; ut in فِيَّ (*phíja*) et يَدَيَّ (*jadaija*). Atque adeo, quando ا sive Hamza ob praecedentem longam vocalem *û* vel *î* in و vel ى mutatur (§ 24), non bis scribitur و vel ى, sed litterae, quâ longa vocalis designatur, superscribitur Tèsjdîd, et omittitur Hamza; velut in مَقْرُوَّةٌ pro مَقْرُوءَةٌ et خَطِيَّةٌ pro خَطِيئَةٌ vel خَطِيئَةٌ. — Quodsi autem post litteram semivocalem ita duplicatam sequi deberet eadem littera, quâ vocalis longa designaretur, aut pro ا seu Hamzâ ob antecedentem vocalem substituenda, eam quoque non scribere solent nisi recentioris aetatis scriptores. Antiquiores scribere solent أُمِّيِّنَ pro أُمِّيِّينَ, سَيِّ pro سَيِّئَ.

37. Superscribitur igitur Tèsjdîd unicuique litterae, quae syllabam aliquam inchoans simul praecedentem syllabam claudit: nam, quando eadem littera bis scribitur, etsi nulla intercedit vocalis (quod accidit in connexione pronominis cum verbo, velut in أَهْلَكْكُمْ), etiam non duplex, sed bis eadem, intercedente hiatu quodam, pronuntianda esse videtur (*ohlic'com*, non *ohliccom*). — Et in multis verborum vocabulorumque formis isthaec litterae quasi duplicatio cum singulari quâdam vi et novâ

significationis accessione coniuncta est; veluti كَسَرَ *fregit*, sed كَسَّرَ *confregit*, significat. — Tum verò etiam eodem modo Tèsjdîd adscribitur litterae, quotiescunque accidit, ut *alia*, praecedentem syllabam claudens consonans illi in pronuntiando similis fiat et cum illâ coalescat. Accidit autem hoc in sequentibus casibus.

38. *Primò* littera liquida ل articuli definitivi أَلْ, qui nominibus praefigitur, cum sequente litterâ coalescit, si haec ex dentalibus (ت, ث, د, ذ, ط, ظ, ل et ن) aut lingualibus (ر, ز, س, ش, ص, et ض) est. — Tunc autem, ut in scripturâ, quae notis orthographicis caret, nomen cum articulo compositum esse appareat, nihilo minùs littera ل scribitur; sed, quia tamen non pronuntiatur, ei non adscribitur Djezma (§ 5); velut in أَلرَّشِيدُ (*arrasjîdu*) pro أَلْرَشِيدُ. — Attamen, si prima ipsius vocis littera etiam ل est, aliquando unum ل omittitur: quod semper obtinet in his tribus pronominis relativi usitatissimis formis أَلَّذِى (*qui*) eiusque feminino أَلَّتِى et plurali أَلَّذِينَ. Et semper quoque ل articuli omittitur, si voci, cuius prima littera ل est, non tantùm articulus أَلْ, sed etiam particula ل praefigitur: nam tunc, ut inferiùs videbimus, ا articuli disparet, atque adeo tria ل concurrerent. Scribitur ergo exempli causâ لِلَّيْلِ (*lillaili*) *à la nuit*, non لِلْلَيْلِ. — Ceterùm monendum est, grammaticos litteras dentales et linguales communi nomine *solares* appellare, non aliam ob rationem, quàm quòd una ex iis prima est in voce شَمْسٌ *sol.* Similiter reliquas *lunares* nuncupant, quoniam una earum prima est vocis قَمَرٌ *luna.*

39. *Secundò* ultima nonnullarum particularum littera liqui-

da ن coalescit cum primâ aliarum quarundam particularum litterâ liquidâ ل aut م, si ambae voculae adeo uno spiritu pronuntiantur, ut prior posteriori plane annitatur: ac tunc, suppressâ litterâ ن, voces etiam in scribendo coniunguntur; velut in مِمَّن *e quo*, عَمَّا *a quo*, إِلَّا *nisi*, أَلَّا *ut ne*, pro مِنْ مَنْ, عَنْ مَا, إِنْ لَا et أَنْ لَا. — Rarissime, ut infrà videbimus, talis particulae littera ن cum primâ alîus vocis litterâ liquidâ, aut littera ن cum proximâ م in eâdem voce, sic coalescit.

40. *Tertiò* cum litterâ ت in primâ et secundâ personâ Perfecti verborum consonans, quae praecedentem syllabam claudit, coalescit, si adeo affinis soni est, ut proprium sonum ante illam conservare nequeat; atque etiam in hoc casu ea littera, quamquam cum ت coalescit, scribitur quidem, sed, quum non pronuntietur, sine Djezmate (§ 5). Sic scribitur لَبِثْتُ (*labitta*), بَسَطْتَ, أَرَدتُّ, أَخَذْتُمْ, pro لَبِتُّ, بَسَتَّ, أَرَتُّ, أَخَتُّمْ. — De alio simili litterae ت cum finitimâ confluxu inferiùs locus dicendi erit.

41. Quod reliquum est: syllaba, quam littera, cui Tèsjdîd adscribitur, terminat, dicitur quidem estque *consonante clausa* seu *composita;* ceteris tamen clausis sive compositis aliquantò *laxior* est: nam, quâ consonante praecedens syllaba clauditur, eâdem simul inchoatur sequens, atque adeo non duae consonantes efferuntur, quarum una praecedentem syllabam claudit, altera sequentem inchoat, sed una tantùm sic media inter duas vocales pronuntiatur et utrimque cum utrâque coniungitur, ut, etsi non geminetur, sola utroque fungatur officio. Haec autem talis syllabae natura efficit, ut in eâ locum habeat vocalis

longa, certe longum *á*, velut in مَآءٌ; quamquam aliàs lingua Arabum semper (puta extra pausam) vocalem in syllabâ compositâ corripit, exempli causâ non يَقُولْ et يَخَافْ, sed يَقُلْ et يَخَفْ, pronuntians.

Vèçla.

42. In certis quibusdam vocibus et vocum formis, quarum prima syllaba clausa sive composita a vocali, ac proinde a litterâ ا (seu spiritu leni), incipit, haec vocalis in mediis sententiarum membris articulisve obscuratur, et sequens consonans in pronuntiando coniungitur cum extremâ vocali vocis antecedentis particulaeve praefixae. In scripturâ tum ا quidem servatur, sed omittuntur Hamza et nota vocalis, atque harum loco litterae superscribitur haec nota ٱ, *Vèçla* (proprie *Vèçl* seu *Vaçl*) dicta, quae connexionem cum praecedente voce significet: velut in رَأَيْتُ ٱبْنَكَ (*ra'aitu 'bnaca*) pro رَأَيْتُ اِبْنَكَ, كَٱلنَّارِ (*ca'nnári*) pro كَأَلنَّارِ. Figura notae ٱ parvum ص esse videtur, prima littera vocis صِلَةٌ, quae idem ac وَصْلٌ significat et in nonnullis librorum titulis plena pro notâ illâ scripta offenditur.

43. Obtinet autem haec vocalis primae obscuratio:

1°. in articulo أَلْ (sicut vulgò in vernaculo *het*); velut in عَلَى ٱلسَّاحِلِ (*'alá 'ssáheli*), pro عَلَى أَلسَّاحِلِ, quemadmodum in vernaculo *bij 't strand.*

2°. in Imperativis primae verborum formae, quemadmodum in اُكْتُبْ *scribe*, et اِسْمَعْ *audi;* veluti ثُمَّ ٱكْتُبْ *tum scribe.*

3°. in Perfecto, Imperativo et Infinitivo earum verbi formarum derivatarum, quarum prima littera ا cum Kesrâ profer-

tur; itemque in Perfecto earundem formarum passivo, in quo ا, si pronuntiatur, Zhammam habet: ut in اِنْصَرِفْ *abi*, et اُنْصُرِفَ *abitum est;* sed praefixâ coniunctione وَٱنْصَرِفْ *et abi.*

4°. in his novem nominibus: اِبْنٌ et اِبْنَمٌ *filius*, اِبْنَةٌ *filia*, اِثْنَانِ *duo*, اِثْنَتَانِ *duae*, اِسْتٌ *nates*, اِسْمٌ *nomen*, اِمْرُؤٌ *vir*, اِمْرَأَةٌ *femina;* itemque in nomine أَيْمُنُ, quando praemittitur particula لَ in iurisiurandi formulâ لَأَيْمُنُ ٱللّٰهِ.

44. Aleph, quod ita simul cum vocali in mediis sententiarum articulis obscuratur, *Aleph unionis* nuncupatur. Et multi hoc ا semper, etiam in principio sententiarum, cum Vèçlate, vel saltem sine Hamzâ et vocali, scribere solent: nos in hac grammaticâ ei, si nihil antecedit, vocalem quidem in tironum gratiam adscripturi, sed, ut tamen simul appareat *Aleph unionis* esse, Hamzam omissuri sumus.

45. In articulo اَلْ celerior tantùm et correptior vocalis pronuntiatio obscurationis illius causa esse videtur; atque in لَأَيْمُنُ duae vocales breves in unam coaluerunt, leni, qui intercedebat, spiritu, licet scribatur, in pronuntiatione neglecto (§ 15, 2°). Sed in reliquis vocibus et formis hoc accedit, quòd in earum initio brevis illa vocalis non aliam ob causam effertur, quàm ut evitetur durus duarum consonantium in principio vocis concursus: nam in mediis sententiarum membris hic consonantium concursus sic evitatur, ut prior cum extremâ vocis, quae proxime antecedat, coniungatur vocali. Veluti أُكْتُبْ (*octób*) dicitur pro كْتُبْ (*ctób*), اِبْنٌ (*ebnún*) pro بْنٌ (*bnún*); quemadmodum Galli *espérer* pro Latino *sperare* pronuntiant. Non habet enim Arabum lingua syllabas a duabus consonantibus

incipientes: quare etiam vocibus peregrinis, in quarum initio duae consonantes coniunctae sunt, brevem vocalem cum ا praemittere solent. Sic efferunt scribuntque أَفْلَاطُونُ , إِسْفَنْجٌ et أُسْطُولٌ pro Πλάτων, σπόγγος et ςόλος. — Tale ا *prostheticum* appellare solent grammatici; et vocalis brevis, quâcum profertur, aut *Kesra* (ĕ) est, aut cum sequente vocali, si haec longa est, convenit sono.

46. Si contingit, ut Vèçlati in eodem enuntiationis articulo praecedat vox *consonante* terminata; nihilo minùs ea in pronuntiatione coniunctio obtinet: ut autem locum habeat, ultima illa praecedentis vocis consonans cum vocali quasi subsidiariâ profertur. Et haec vocalis plerumque *Kesra* est; velut in مَنِ ٱبْنُكَ (*quis filius tuus est?*) pro مَنْ اِبْنُكَ; ac pariter, si articulus praefigitur nomini, ab *Aleph unionis* incipienti (§ 43, 4°), velut in اَلِٱسْمُ (*ălĕsmu*) *nomen*, et بِئْسَ ٱلِٱسْمُ (*bisă-lĕsmu*). Similiter, si vox terminatur diphthongo *ai*, quae tunc resolvitur: ut بِيَدَيِ ٱلرَّجُلِ (*in manibus viri*) pro بِيَدَيْ ٱلرَّجُلِ. — Atqui, si Tanvîn vocem claudit, non *scribi* solet vocalis, quoniam consonans, cui adscribenda esset, non scribitur. Nihilominùs tamen *pronuntiatur* Kesra. Veluti مُحَمَّدٌ ٱلنَّبِيُّ (*Mohammedes propheta*) efferendum est: *Mohammèdunĕ 'nnabiju.*

47. *Phat'ham* ante Vèçla accipiunt مِنْ (*a, ex*), et مَنْ (*quis*); sed tantummodo ante articulum, quippe qui solus ا habet, quod proprie cum vocali *a* pronuntiandum est; ut in مِنَ ٱلْمَلِكِ (*a rege*), pro مِنْ ٱلْمَلِكِ.

48. Denique vocalem *Zhammam* ante Vèçla accipit:

1°. pronomen tertiae personae plurale masculinum هُمْ ; ac proinde etiam, quae ex eo facta sunt, pronomina secundae pers. pluralia masculina أَنْتُمْ et كُمْ ; itemque secunda pers. pluralis masc. Perfecti verborum: veluti قَتَلَهُمُ ٱلْعَدُوُّ (*occidit eos hostis*), قَتَلْتُمُ ٱلْعَدُوَّ (*occidistis hostem*), a قَتَلْتُمْ. Videlicet primigenia pronominis istius tertiae personae forma هُمُ vel هُمُو est; quae igitur ante Vèçla servatur.

2°. particula مُذْ (*inde a*), quippe cuius integra forma مُنْذُ est.

3°. omnis vox, quae cadit in diphthongum *au;* quippe quae tunc resolvitur: ut in غَزَوُا ٱلْمَدِينَةَ (*infestarunt oppidum*) a غَزَوْا. — Attamen particulae أَوْ (*aut*) et لَوْ (*si*) *Kesram* accipiunt; velut in أَوِ ٱبْنُكَ *aut filius tuus.*

49. Multum illud ا, cui vulgò *Vèçla* adscribitur, in quibusdam casibus in scripturâ omittitur:

1°. in frequentissimâ loquutione بِسْمِ ٱللّٰهِ (*in nomine Dei*) pro بِٱسْمِ ٱللّٰهِ ; ex antiquâ, ut videtur, consuetudine.

2°. ob eandem, ut puto, rationem in voce اِبْنٌ *filius*, quando nomini proprio statim subiungitur generis paterni, vel et materni, designatio; velut in إِسْحَاقُ بْنُ إِبْرٰهِيمَ *Isaacus filius Abrahami*, ٱلْمَسِيحُ بْنُ مَرْيَمَ *Messias filius Mariae.* — Non pariter verò in ceteris casibus; veluti, si dicitur إِسْحَاقُ ٱبْنُ عَمِّي *Isaacus filius patrui mei*, aut إِسْحَاقُ ٱبْنُ إِبْرٰهِيمَ hoc sensu: *Isaacus filius Abrahami est.* — Praecipiunt quoque grammatici semper illud vocabulum cum ا scribere, quoties eo inchoatur paginae linea.

3°. in articulo أَلْ, si praefigitur praeverbium لِ aut لَ; ut in

لِلرَّجُلِ (τῷ ἀνδρὶ) et لِلْحَقِّ, pro لِالرَّجُلِ et لِالْحَقِّ. — Fieri hoc videtur, ne, quum solae consonantes scribantur, duae primae litterae لا pro separatâ voce لا (*non*) ducantur, ac pronuntietur, ut hoc utar, لَا رَجُلَ (οὐκ ἄνδρι).

4°. quando praefigitur particula interrogandi أ; ut in أَابْنُكَ *an filius tuus?* أَالْمَاءُ *an aqua?* pro أَابْنُكَ et أَالْمَاءُ, vel آبْنُكَ et آلْمَاءُ. Conferatur § 21 et 23.

De distinctione.

50. Sententias aut sententiarum membra scriptores Arabici non, sicuti nos, distinguunt punctis notisve similibus. Initium novi argumenti aut capitis indicare solent eo, quòd primam vocem rubro colore vel maioribus et crassioribus litteris pingunt, aut aliquam eius litteram dilatant; velut in قـــال. Singulae particulae, in quas Alcorani capita distributa sunt, distinguuntur hac notâ ۞, aut simili aliâ. Huiusmodi figuram unam aut plures etiam scribunt in vacuo lineae spatio, quod relinquitur, quando cum novâ libri sectione nova linea incipitur. Similiter denique, quando carminis cuiusdam versûs totam paginae latitudinem non complent, post singulos, vel et simul ante eos, scribitur aliqua harum figurarum: ٥, ٥٥٥, ⁘, aut consimilis alia. Videlicet singularum paginae linearum aequabilitati student librarii, et inania spatia quodammodo complent.

De notis numerorum.

51. Numeros Arabes aut litteris, aut peculiaribus signis indicant. *Litterae* ad numeros designandos suam quaeque significationem nactae sunt ex antiquiore earum ordine, qui hic est:

ا, ب, ج, د, ه, و, ز, ح, ط, ى, ك, ل, م, ن, س, ع
70, 60, 50, 40, 30, 20, 10, 9, 8, 7, 6, 5, 4, 3, 2, 1

ف, ص, ق, ر, ش, ت, ث, خ, ذ, ض, ظ, غ
1000, 900, 800, 700, 600, 500, 400, 300, 200, 100, 90, 80 .

Componuntur ita, ut exempli causâ قلب 132, غنج 1053 valeat.

52. Scriptura numerorum, quae per *decem notas peculiarcs* fit, Arabes, quoniam ab Indis eam traditam habent, *Indicam* appellant; estque ea proprie eadem atque hodierna Europaeorum, quae *Arabica* dicitur, quoniam ab Arabibus accepta est. Figurae tamen aliquantùm ab Europaeis differunt; sic enim vulgò scribuntur:

. ١ ٢ ٣ ٤ ٥ ٦ ٧ ٨ ٩ ٠
1 2 3 4 5 6 7 8 9 0

Sed ratio, quâ componuntur, plane eadem est; veluti ١٠٥٣ valet 1053.

II.

DE FORMÂ ET FLEXURÂ SINGULARUM ORATIONIS PARTIUM.

A. DE PRONOMINE PERSONALI.

53. Pronomen personale aut *separatum* est, aut *inseparabile*. — *Separati* hae formae sunt:

3 pers. *sg*. m. هُوَ f. هِىَ; *pl*. m. هُمْ f. هُنَّ; *du*. هُمَا
2 pers. *sg*. m. أَنْتَ f. أَنْتِ; *pl*. m. أَنْتُمْ f. أَنْتُنَّ; *du*. أَنْتُمَا
1 personae *singulare* أَنَا; *plurale* نَحْنُ.

54. *Inseparabile* usurpatur, quoties alîus vocis *complementum* pronomine designatur, eique voci annectitur. Variatur in hunc modum:

3 pers. *sg.* m. هُ, f. هَا; *pl.* m. هُمْ, f. هُنَّ; *dual.* هُمَا

2 pers. *sg.* m. كَ, f. كِ; *pl.* m. كُمْ, f. كُنَّ; *dual.* كُمَا

1 pers. *sg.* نِي, si obiectum designat; aliàs ـِي: *pl.* نَا.

55. Pronomina هُمْ, أَنْتُمْ et كُمْ ante Vèçla in mediis sententiarum articulis Zhammam accipere, suprà iam dictum est (§ 48, 1°). Et poëtis hanc pleniorem formam usurpare licet, quoties lubet. — Pariter pro كُمْ, ut in vocalem exeat, pleniùs كُمُو profertur, si praeter hoc etiam pronomen tertiae personae uni verbo annectitur: veluti أَعْطَاكُمُوهُمْ *donavit vos iis.* Videlicet nonnunquam locum habet, ut uni verbo pro gemino complemento duo diversarum personarum pronomina annectantur; ac tunc prima persona secundae vel tertiae, tertiaeque secunda, semper tanquam potior praecedit.

56. Pronomina inseparabilia primae personae نِي et ـِي non opus quidem habent, quum in vocalem exeant, ante Vèçla vocalem subsidiariam assumere: attamen ante articulum أَلْ, quoniam in hoc ا proprie cum vocali *a* profertur, certe licitum est نِيَ et ـِيَ pronuntiare; veluti اِهْدِنِيَ ٱلصِّرَاطَ (*ihdinija 'ççerấta*) *duc me per viam.* — Et verò haec quoque productior forma (quemadmodum هُوَ et هِيَ facta sunt ex هُو et هِي) in carminibus etiam aliàs frequentis usûs est.

57. Tum etiam semper ـِيَ pro ـِي usurpatur, quando vox, cui pronomen annectendum est, in longam vocalem aut diph-

thongum cadit: sed tunc, quia brevis vocalis *i* post vocalem longam sponte suâ cum semivocali litterâ ى effertur, pro ـِى simpliciter ـِ scribitur; ut in يَدَاىَ *manûs meae*, a يَدَا. Quando vox in ـِى aut ـَىْ exit, unum tantùm scribitur ى, ac superscribitur Tèsjdîd (§ 36); velut in فِىَّ *in me*, a فِى, et بِيَدَىَّ *in manibus meis*, a بِيَدَىْ.

58. Consimili modo هُوَ et هِىَ, quando iis coniunctio وَ aut فَ (quin etiam apud poëtas interrogandi particula أَ) praefigitur, breve suum *u* et *i* amittere possunt, ut وَهْوَ et فَهْىَ scribatur pro وَهُوَ et فَهِىَ. Nam etiam sic in syllabis وَهْ et فَهْ brevis vocalis *a* per admixtum spiritum tanquam longa profertur, adeo ut cum sequente semivocali litterâ simul sponte suâ brevis illa vocalis *u* vel *i* enuntietur.

59. Pronomina inseparabilia tertiae personae هُ, هُمْ, هُنَّ et هُمَا cum Kèsrâ loco Zhammae proferuntur, quoties vox, cui annectuntur, vocali *i* aut diphthongo *ai* terminatur; velut in بِيَدِهِ *in manu eius*, et بِيَدَيْهِنَّ *in manibus earum*. — Reliqua haec horum pronominum forma est ex antiquitate, quae utramque formam sine discrimine usurpabat, adeo ut ne inter هُوَ et هِىَ quidem generis observaretur differentia. Usitata autem mansit pronuntiatio cùm vocali *i* tantummodo, quando vocalis *i*, sive sola, sive in diphthongo *ai*, antecedit, ut, quum littera ه in his pronominibus non nisi leniter pronuntietur, vocalium *i* et *u*, qui sic exsistit, evitetur concursus. — Quodsi autem, quoniam in eodem sententiae articulo Vèçla sequitur, pronomen هِمْ cum vocali subsidiariâ proferendum est, alii qui-

dem هِمْ, perinde ac هُمُ (§ 55), sed alii هِمِ cum usitatissimâ vocali subsidiariâ Kèsrâ (§ 46), pronuntiant.

60. Si pronomen ـِى annectitur voci, cuius ultima littera ا sive Hamza ob accedentem vocalem *î* in ى commutatur (§ 24), unum tantùm ex lege orthographiae Arabicae scribi solet ى, superscriptâ Hamzâ (§ 27): velut in رِدَائِى (*pallium meum*) pro رِدَائِيِ, et hoc pro رِدَاءِى.

B. DE VERBO.

1. *De verbo perfecto.*

61. *Verbum perfectum* est, quod tres saltem litteras consonantes habet easque in derivatione et omnibus flexibus conservat.

a. *De variis verbi perfecti formis et propriâ singularum significatione.*

62. *Trilitterum* verbum tum triplicem pro diversâ significatione formam admittit, unam *activam*, ac duplicem, quam *neutram* appellant grammatici; tum varias a se *derivatas* habet cum novâ quâdam singulis propriâ significationis accessione *formas.* Ad tredecim vulgò numerantur, quae in 3^tiâ^ personâ sing. masc. Perfecti, quae simplicissima personalis verbi perfecti forma est, a verbo فعل, quo pro paradigmate uti solent grammatici Arabici, hoc modo se habent:

1.				
فَعَلَ	2. فَعَّلَ	5. تَفَعَّلَ	8. اِفْتَعَلَ	11. اِفْعَالَّ
فَعِلَ	3. فَاعَلَ	6. تَفَاعَلَ	9. اِفْعَلَّ	12. اِفْعَوْعَلَ
فَعُلَ	4. أَفْعَلَ	7. اِنْفَعَلَ	10. اِسْتَفْعَلَ	13. اِفْعَوَّلَ

Addunt quidam 14^{tam} formam إِفْعَنْلَلَ, et 15^{tam} إِفْعَنْلَى.

63. Tum accedunt quatuor formae verbi *quadrilitteri*, quae ab eodem verbo فَعَلَ, si, ut quadrilitterum fiat, litteram م praemittimus, sic variantur:

I. مَفْعَلَ, II. تَمَفْعَلَ, III. إِمْفَنْعَلَ, IV. إِمْفَعَلَّ.

64. Atqui in hac formarum verbi trilitteri et quadrilitteri ratione, a grammaticis Arabicis traditâ et vulgò acceptâ, non unum est, quod minùs probandum esse videtur. Quae igitur ut corrigantur, sequentia praecipue animadvertenda sunt.

65. In istis formis 5^{ta}, 6^{ta}, 7^{ma}, 8^{va} et 10^{ma} verbi trilitteri, et II^{da} quadrilitteri, formae sunt *mediae*, quae vulgò dicuntur, id est *reflexivae* seu *reciprocae*. Hae autem a formis simplicibus, quae vulgò *activae*, sed rectiùs *subiectivae* dicuntur, hoc modo inclinari solent, ut praefigatur littera ت, sive cum brevi Phat'hâ prolata (ut in $5^{tâ}$ et $6^{tâ}$ verbi trilitteri, et in $II^{dâ}$ quadrilitteri); sive cum nullâ vocali, sed ita ut praemittatur brevis Kèsra cum ا prosthetico (§ 45), quo in casu littera ت non *ante* primam verbi litteram, sed *post* eam efferri solet (ut in $8^{vâ}$ et $10^{mâ}$ formâ verbi trilitteri). In solâ formâ $7^{mâ}$ eâdem fere significatione praefigitur ن, praemissâ Kèsrâ cum ا prosthetico. Sic igitur a *primâ* formâ verbi trilitteri duplici modo 7^{ma} et 8^{va}, a *secundâ* 5^{ta}, a *tertiâ* 6^{ta}, a *primâ* quadrilitteri II^{da}, inclinata est: sed 10^{ma} *trilitteri* a *quadrilittero* سَفْعَلَ.

66. Videlicet pauca quidem verba quadrilittera facta sunt ex pluribus vocibus in unam contractis (ut بَسْمَلَ ex loquutione

بِسْمِ ٱللّٰهِ) ; sed pleraque a verbo trilittero derivata sunt. Partim enim inclinata sunt a nomine, quod a verbo trilittero ope additae cuiusdam litterae factum est; veluti تَمَذْهَبَ *sectam sequutus est*, a مَذْهَب *secta*, a verbo ذَهَبَ. Et maxima pars non alio modo a trilittero verbo declinata sunt, quàm forma 2da, 4ta et 9na a primâ et simplice. — Nam, *primò*, perinde ut 2da فَعَّلَ ex primâ sic facta est, ut ad formam cum significatione augendam media littera duplicaretur atque adeo quasi quadrilitterum verbum fieret; ita in aliis eodem consilio media littera non duplicata, sed ante vel post eam alia, sive semivocalis, sive spiritus aut gutturalis, sive liquida, sive denique alia, littera inserta est, ut exsisterent formae iam verè quadrilitterae فَوْعَلَ , فَيْعَلَ , فَأْعَلَ , فَهْعَلَ , فَنْعَلَ , فَرْعَلَ , فَمْعَلَ , فَعْوَلَ , فَعْيَلَ , فَعْأَلَ , فَعْهَلَ , فَعْنَلَ , فَعْمَلَ , aliaeque similes. Neque etiam forma 3tia فَاعَلَ a formis quadrilitteris فَوْعَلَ , فَيْعَلَ vel فَأْعَلَ quicquam differre videtur, praeterquam quòd pro diphthongo *au* vel *ai*, aut pro brevi *a* cum spiritu leni, longa vocalis *â* pronuntiata sit. — *Porro*, sicuti forma 9na اِفْعَلَّ a primâ inclinata est tertiâ litterâ duplicatâ (praemissâ brevi Kèsrâ cum ا prosthetico, quia, si media syllaba fortiùs et elatiore tono profertur, primae consonantis vocalis obscuratur), ita in aliis tertia littera bis pronuntiata est, ut exsisteret forma فَعْلَلَ, vel pro quartâ tertiae simili alia, veluti liquida, ut in فَعْلَنَ , aut semivocalis, ut plurimum quiescens, ut in فَعْلَى; quam ultimam formam vix *quadrilitterum* verbum appellare licet. — *Denique*, ut forma 4ta أَفْعَلَ a simplice facta et aucta est litterâ ا sive spiritu leni in principio additâ, sic in aliis aliam litteram adhibitam

offendimus, veluti ه sive spiritum asperum, ut هَفْعَلَ exsisteret. Atque haec quoque origo est formae quadrilitterae سَفْعَلَ, praemisso spiritu dentali, cuius medium, ut diximus (§ 65), forma 10ma اِسْتَفْعَلَ est. Sed, quum formae أَفْعَلَ et سَفْعَلَ eiusdem plane significationis sint, forma autem أَفْعَلَ frequentissime, sed سَفْعَلَ rarissime usurpetur; quumque a solâ formâ سَفْعَلَ derivetur forma media; ideo frequentissima haec forma media اِسْتَفْعَلَ, quasi ab أَفْعَلَ inclinata esset, formis verbi *trilitteri* accenseri solet. Ne verò mireris, formam أَفْعَلَ, quamvis quatuor litteras diversas habeat, inter formas trilitteri verbi numerari: nam prima huius formae littera in quibusdam flexibus obscuratur; verbum autem *quadrilitterum* non dicitur, nisi quod quatuor suas litteras in *omnibus* flexibus conservat (§ 61).

67. Tum, sicut a simplice verbo trilittero derivatae sunt omnes hae formae, variis modis auctae (sive in *formis verbi trilitteri* numerentur, sive *verba quadrilittera* dicantur); ita hae formae auctae denuo iisdem modis ampliùs augeri coeptae sunt. — Ac *primò* quidem, ut trilitteri, sic etiam quadrilitteri verbi, ultima consonans duplicata est, atque ita, quemadmodum a trilittero forma 9na (اِفْعَلَّ a فَعَلَ), sic a quadrilittero forma IVta derivata est; a فَعْلَلَ exempli causâ اِفْعَلَلَّ (§ 63). Et, quum sic etiam a formâ quadrilitterâ فَعْأَلَ declinetur اِفْعَأَلَّ, paenultima autem et antepaenultima vocales, quae non nisi leni spiritu separantur, facilè in unam longam vocalem confluant (§ 15, 2°); exinde orta est forma اِفْعَالَّ, quae, quia nunc paenultima verbi quadrilitteri consonans ا obscurata est, rursùm formis verbi tri-

litteri annumeratur in iisque 11ma dicitur. — *Tum* etiam, perinde ut a trilittero verbo quadrilitterum derivatur novâ litterâ ante mediam consonantem, vel post eam, insertâ (§ 66), sic aliquando eodem modo quadrilitterum denuo augetur. Ac praecipue quidem sic medio verbo inseritur littera ن, vel potiùs syllaba *an*, ita ut a فَعْلَلَ exempli causâ fiat اِفْعَنْلَلَ: quae verbi quadrilitteri forma IIItia est (§. 63). Pariter e formis auctis فَعْلَلَ et فَعْلَى ortae sunt auctiores اِفْعَنْلَلَ et اِفْعَنْلَى; quae duae formae a quibusdam grammaticis in formis verbi trilitteri 14ta et 15ta numerantur (§ 62). Nimirum formae فَعْلَلَ et فَعْلَى, quum non quatuor *diversas* et *consonantes* litteras habeant, non vera quadrilittera verba sunt, et littera ن etiam septimae formae derivationi inservit: quare eodem certe iure illae 14ta et 15ta, atque 12ma et 13tia, formis derivatis verbi trilitteri annumerari posse videantur. — Sin autem paenultima verbi quadrilitteri consonans م est, antecedens littera ن in unam duplicem cum eâ coalescit (§ 41), velut in اِدْرَمَّسَ pro اِدْرَنْمَسَ. Et in formis quadrilitteris, quae paenultimam litteram و vel ى habent, in formis فَعْوَلَ et فَعْيَلَ, non, sicut vulgò, syllaba *an*, sed cum sequente litterâ semivocali conveniens diphthongus *au* vel *ai*, inseritur, adeo ut اِفْعَوَّلَ et اِفْعَيَّلَ exsistat. اِفْعَوَّلَ vulgò a grammaticis formis derivatis verbi trilitteri accensetur, ac 13ma dicitur. Formarum autem اِفْعَيَّلَ et اِفْعَمَّلَ a perpaucis tantùm alibua habita ratio est.

68. Prout autem verbum trilitterum augetur ultimae litterae repetitione (ut فَعْلَلَ exsistat, § 66), sic idem fieri potest re-

petendo *duas* litteras extremas, vel potiùs, quum ultima vocalis brevis in linguâ vulgari non pronuntietur, repetendo ultimam *syllabam*. Sic oritur forma إِفْعَلْعَلَ, sive, ut in linguâ vulgari effertur, *'ph'al'al*, a simplice verbi formâ *pha'al*. Quum autem haec forma cani latranti, quàm homini loquenti, convenientior esse videatur, ideo in sermone Arabico ea non integra manet, sed pro إِفْعَلْعَلَ effertur إِفْعَوْعَلَ, in linguâ vulgari *'ph'au'al* pro *'ph'al'al*, ita ut media syllaba, quo latratus evitetur, non in eandem, atque ultima, consonantem, sed in diphthongum, exeat. Haec igitur origo est formae verbi trilitteri 12^{mae} (§ 62).

69. Iam verò ab hisce verbi Arabici formis (sive *verbi trilitteri formae*, sive *verba quadrilittera*, vulgò dicantur), quotquot aliquam subiecti cuiusdam actionem significant, et verò etiam a formis *mediis*, id est reflexivis, praeterea derivari potest nova forma, quae vulgò *passiva*, sed rectiùs *obiectiva*, nuncupatur; quemadmodum quae vulgò *activa* forma dicitur, ut vera eius vis significetur, *subjectiva* dicenda est. Propria obiectivae formae est vocalis Zhamma in primâ syllabâ.

70. Lubet nunc variam hancce, iam explicitam, verbi formationem et unius formae ab alterâ derivationem brevi in conspectu proponere: utque simul facilis comparatio sit cum vulgari formas verbi trilitteri et quadrilitteri numerandi ratione, quam superiùs descripsimus (§ 62 et 63), uncinis inclusas singulis verbi *trilitteri* formis abscribimus *Arabicam* numeri notam 1, 2, 3, 4 etc., iis formis, quae verba *quadrilittera* nuncupari solent, litteram Q, earumque derivatis *Romanam* numeri notam II, III aut IV. Non est autem opus, ut quadrilitte-

ras formas hîc exhibeamus omnes, sed eas duntaxat, quae prae ceteris notabiles sunt, saltem in formâ subiectivâ: notitia reliquarum intelligi potest ex § 66, obiectivarum et reflexivarum ex analogiâ.

Forma subiectiva;		obiectiva.	Reflexvia;	obiectiva.
[1]	activa فَعَلَ	فُعِلَ	[7] اِنْفَعَلَ	أُنْفُعِلَ
	semiact. فَعِلَ		et	
	neutra فَعُلَ		[8] اِفْتَعَلَ	أُفْتُعِلَ
[2]	فَعَّلَ	فُعِّلَ	[5] تَفَعَّلَ	تُفُعِّلَ
[Q]	فَعْنَلَ	فُعْنِلَ	[II] تَفَعْنَلَ	تُفُعْنِلَ
	فَعْيَلَ	—	—	—
	فَعْوَلَ	—	—	—
	فَعْأَلَ	—	—	—
[Q]	فَنْعَلَ	فُنْعِلَ	[II] تَفَنْعَلَ	—
	فَيْعَلَ	—	—	—
	فَوْعَلَ	—	—	—
	فَأْعَلَ	—	—	—
[3]	فَاعَلَ	فُوعِلَ	[6] تَفَاعَلَ	تُفُوعِلَ
[9]	اِفْعَلَّ	inusitata.	inusitata.	inusitata.
[Q]	فَعْلَلَ	فُعْلِلَ	[II] تَفَعْلَلَ	تُفُعْلِلَ
	فَعْلَنَ	—	—	—
	فَعْلَى	—	—	—

	Forma subiectiva;	obiectiva.	Reflexiva;	obiectiva.
[4]	اِفْعَلَّ	اُفْعِلَ	inusitata.	inusitata.
[Q]	هَفْعَلَ	—	—	—
	سَفْعَلَ	—	[10] اِسْتَفْعَلَ	اُسْتُفْعِلَ
	مَفْعَلَ	—	[II] تَمَفْعَلَ	تُمُفْعِلَ
	تَفْعَلَ	—	—	—
[IV]	اِمْفَعَلَّ	اُمْفُعِلَّ	inusitata.	inusitata.
	اِفْعَالَّ	—		
[11]	اِفْعَالَّ	inusitata.	inusitata.	inusitata.
[III]	اِمْفَنْعَلَ	اُمْفُنْعِلَ	inusitata.	inusitata.
[14]	اِفْعَنْلَلَ	—		
[15]	اِفْعَنْلَى	—		
[III]	اِفْعَمَّلَ	اُفْعُمِّلَ	inusitata.	inusitata.
	اِفْعَبَّلَ	—		
[13]	اِفْعَوَّلَ	اُفْعُوِّلَ		
[12]	اِفْعَوْعَلَ	اُفْعُوعِلَ	inusitata.	inusitata.

71. Speciatim adhuc de formis mediis (reflexivis seu reciprocis) monenda sunt sequentia. — In iis, quae, ut 5ta et 6ta verbi trilitteri, litteram ت cum Phat'ha praefixam habent, nonnunquam ea littera sine vocali illâ profertur, sed praemittitur ei brevis Kèsra cum ا *unionis* sive *prosthetico* (§ 65), si etiam prima verbi consonans ت est, aut soni finitimi littera

ث , ج , د , ذ , ط vel ظ, aut denique sibilans ز , س , ش , ص vel ض. Attamen tunc littera ت non, sicut in 8^vâ et 10^mâ formâ, post primam verbi consonantem effertur, sed in unam duplicem cum eâ coalescit (cf. § 40); velut in اِثَّقَلَ pro vulgari تَثَقَّلَ. Sic evitatur duorum similium sonorum ingratus concursus.

72. Pariter in 8^vâ formâ, si una istarum litterarum prima verbi consonans est, littera ت, quae aliàs post primam verbi consonantem profertur, cum ت , ط et د semper, cum reliquis nonnunquam, in unam duplicem coalescit, velut in اِتَّبَعَ , اِطَّبَعَ , اِدَّرَكَ , اِثَّبَتَ , اِذَّكَرَ , اِظَّلَمَ , اِزَّلَقَ , اِشَّبَهَ et اِضَّرَبَ, a verbis تَبِعَ , طَبَعَ , دَرَكَ , ثَبَتَ , ذَكَرَ , ظَلَمَ , زَلَقَ , شَبِهَ et ضَرَبَ. — Quando autem littera ت, ut vulgò, post primam verbi consonantem effertur, litterarum ظ , ص , ض , ذ et ز propria natura efficit, ut ت post tres priores in fortius ط, post duas posteriores in lenius د, commutetur, ac dicatur اِظْطَلَمَ pro اِظْتَلَمَ , اِصْطَبَغَ a صَبَغَ, et similiter اِضْطَرَبَ , اِذْدَكَرَ et اِزْدَلَقَ. — Sed etiam sic cum litterâ ط vel د facilè in unam duplicem coalescit, et blaesum suum sonum amittit antecedens ظ vel ذ, adeo ut pronuntietur اِطَّلَمَ et اِدَّكَرَ; cuiusmodi verba proinde tribus modis diversis in hac 8^vâ formâ proferre licet. Semper autem sic prima verbi consonans ث, si littera ت post eam profertur, huic assimilatur; diciturque non minùs اِتَّبَتَ (pro اِثْتَبَتَ), quàm اِثَّبَتَ, a ثَبَتَ. — Obiter hîc monemus, in 10^mâ quidem formâ litteram ت post س proferri solere, sed in uno frequentissimo verbo imperfecto اِسْتَطَاعَ ingratum duarum similium litterarum concursum sic evi-

tari, ut littera ت cum suâ vocali elidatur atque اِسْطَاعَ pronuntietur; aut secundùm alios grammaticos ita, ut vocalis duntaxat maneat, ideoque littera س duplicetur atque اِسَّطَاعَ proferatur.

73. In 7ma denique formâ litteram ن praefixae syllabae *in* cum primâ verbi litterâ, si haec quoque ن est, in unam duplicem coalescere, velut in اِنَّمَسَ a نَمَسَ, vix, ut moneamus, necesse esse videtur (§ 35). Verùm idem nonnunquam accidit, si prima verbi littera م est (§ 39); ut in اِمَّلَسَ pro اِنْمَلَسَ. Conferatur § 67.

74. Iam verò quòd ad propriam singulis hisce verbi formis vim et significationem attinet; de eâ generatim quidem in primis sequentia animadverti debent; quàm varie autem propria et principalis singularum significatio transferatur; hîc adductis exemplis exponere longum foret.

75. Ea *simplicis verbi* forma, cuius media consonans in Perfecto cum vocali *a* profertur, peculiaris est verbis *activis*, id est iis, quae *proprie* aliquam *actionem* designant, ut فَعَلَ *agere*. E contrario forma *neutra* فَعُلَ *qualitatem* aut *conditionem* significat, quae cum nullâ actione coniuncta est; ut حَسُنَ *pulchrum esse*. Sed alteram formam neutram فَعِلَ rectissime *semiactivam* nuncupes: designat enim *affectionem* aut *passionem*, quam nunquam non aliqua comitatur actio, aut *proprietatem*, quatenus ea *exhibetur* sive *exeritur;* ut حَزِنَ *tristem esse*, فَهِمَ *intelligentem esse*, *intelligere*.

76. Duplicatio mediae consonantis in *formâ secundâ* فَعَّلَ eam

exprimit *vim*, ut aliquam *curam*, *operam*, vel *diligentiam* adhibitam, vel actionis *frequentiam* designet: ut كَسَرَ *frangere*, sed كَسَّرَ *confringere*. Plerumque significat *curare* seu *facere* id, quod simplex verbi forma denotat; veluti نَزَلَ *descendere*, sed نَزَّلَ *curare*, *ut* aliquis vel aliquid *descendat*. — Convenit significatio omnium earum *formarum quadrilitterarum*, quae ex trilittero verbo factae sunt novâ litterâ post mediam consonantem, vel ante eam, insertâ.

77. *Tertiae formae* proprium est, ut significet *adversùs aliam rem* aut *personam*, vel *erga* eam, illam *instituere actionem*, illamve *exhibere qualitatem*, quae simplice verbi formâ designetur. Sic وَقَعَ significat *irruere*, *invadere*; sed وَاقَعَ *adoriri* (*invasionem instituere adversùs*) aliquem; خَشُنَ *rudem esse*; sed خَاشَنَ *rude tractare* (*ruditate uti erga*) aliquem.

78. Perinde ut in medio (§ 76), sic etiam in fine verbi litterae duplicatio (vel repetitio), aut novae additio, aliquam designat *vim*. Hoc tamen in usu linguae observatur discrimen, ut, si in medio verbum eo modo augeatur, significari soleat aliquid, quod *conspicuum* vel *insigne* sit in *actione*; sed, verbo in fine aucto, *conspicua* potiùs vel *insignis* designetur *qualitas*. Et *forma* quidem *nona* fere non usurpatur, nisi in iis verbis, quae *colorem* aut *deformitatem* significant: *color* enim et *deformitas* qualitates sunt *conspicuae*, quae in primis in oculos incurrunt. Veluti اِصْفَرَّ *flavum esse* significat, et اِعْوَجَّ non simpliciter *curvum esse*, sed *curvitate conspicuum* vel *insignem*, id est *curvitate deformem*, esse. — Similiter *ver-*

bum quadrilitterum in medio auctum طَمْأَنَ vel طَأْمَنَ *quietum* vel *tranquillum reddere* significat, sed in formâ IV^ta^ اِطْمَأَنَّ *quiete* vel *tranquillitate frui*, sive *insigniter quietum* vel *tranquillum esse.* — Et, quum *undecima* verbi trilitteri forma (اِفْعَالَّ pro اِفْعَلَّ) hoc a nonâ differat, quòd etiam in medio aucta sit; ideo etiam maiorem et intensiorem habet significationis vim. Sic اِصْفَارَّ significat *valde flavum esse.*

79. *Verborum quadrilitterorum*, quae a fine aut a principio aucta sunt novae litterae additione, maxima pars originem et significationem habet a nomine, quod a verbo trilittero novâ litterâ in fine aut in principio additâ derivatum est; inprimis formae فَعْلَنَ, مَفْعَلَ et تَفْعَلَ. Sed iis formis, quae ab initio *spiritu* praemisso auctae sunt, id est *formae quartae* verbi trilitteri أَفْعَلَ, et rarissimis formis quadrilitteris هَفْعَلَ et سَفْعَلَ, hoc proprium est, ut significent *facere*, *efficere*, aut quocunque modo *causam esse*, ut id, quod simplex verbum denotet, sit vel fiat. Veluti حَزِنَ *tristem esse*, sed أَحْزَنَ *contristare;* طَرَدَ *propellere*, sed أَطْرَدَ *facere*, seu *iubere*, aliquem aliquid *propellere.*

80. *Forma duodecima*, اِفْعَوْعَلَ, quum proprie secundam syllabam iteratam et continuatam habet (§ 68), etiam proprius sensus, qui ei subiectus est, huic singulari formae respondet. Exempli causâ a خَشُنَ, *asperum* sive *rudem esse*, اِخْشَوْشَنَ significat *asperitatem iterumque asperitatem*, sive *frequentes asperitates*, vel *continuam ruditatem*, *habere.*

81. De significatione, quae singulis *formis reflexivis* seu

reciprocis et *obiectivis* seu *passivis* propria sit, singulatim exponere non opus esse videtur. Monemus duntaxat, formas reflexivas omnibus iis, quae etiam aliis linguis his formis propriae sunt, significationibus, et verò etiam vice formarum obiectivarum, usurpari: quod in primis frequens est in formâ 7mâ [a]. — Etiam hoc animadvertendum est, omnes formas significationem obtinere posse, et saepissime obtinere, a *nomine*. Veluti مَرَّضَ non significat *curare*, *ut aegrotet*, sive *aegrotum reddere*, a مَرِضَ *aegrotare;* sed *aegrotum curare*, a مَرِيضٌ *aegrotus*.

b. *De flexurâ verbi perfecti.*

82. • Quos in linguâ Arabicâ *modos*, tum personales, tum impersonales, habeat verbum perfectum, et quomodo *personales* pro diversitate *personarum*, *generis numeri*que flectantur, apparebit ex paradigmate coniugationis formae simplicis, quod a verbo قَدَمَ desumtum hîc sequitur. Modorum autem *impersonalium*, quum nomina sint, omnino eadem flexio est, ac ceterorum nominum: de hac igitur posthac agetur.

---

a) Videatur de vero formarum mediarum seu reflexivarum sensu *Over de deelen der rede en de redeontleding, of Logische analyse der taal*, p. 31—33 editionis secundae.

Formae primae subiectivae modi personales.

Perfectum activum.

persona.	Singulare. masc.	Singulare. fem.	Plurale. masc.	Plurale. fem.	Duale. masc.	Duale. fem.
3.	قَدَمَ	قَدَمَتْ	قَدَمُوا	a قَدَمْنَ	قَدَمَا	قَدَمَتَا
2.	a قَدَمْتَ	قَدَمْتِ	b قَدَمْتُمْ	قَدَمْتُنَّ	comm. قَدَمْتُمَا	
1.	comm. a قَدَمْتُ		قَدَمْنَا		. . . .	

Perfectum semiactivum.

قَدِمَ , قَدِمَتْ , قَدِمْتَ , et sic porro.

Perfectum neutrum.

قَدُمَ , قَدُمَتْ , قَدُمْتَ , et sic porro.

Imperfectum activum.

persona.	Singulare. masc.	Singulare. fem.	Plurale. masc.	Plurale. fem.	Duale. masc.	Duale. fem.
3.	c يَقْدُمُ	تَقْدُمُ	يَقْدُمُونَ	a يَقْدُمْنَ	يَقْدُمَانِ	تَقْدُمَانِ
2.	تَقْدُمُ	تَقْدُمِينَ	تَقْدُمُونَ	تَقْدُمْنَ	تَقْدُمَانِ	
1.	أَقْدُمُ		نَقْدُمُ		. . . .	

---

a) Animadverti debet, si ultima verbi littera ت aut ن est, illam cum ت in terminationibus personalibus 2dae pers., hanc cum ن in terminationibus نَ et نَا in unam duplicem coalescere. Sic a سَكَتَ 2 p. s. m. سَكَتَّ, a سَكَنَ 3 p. pl. f. سَكَنَّ est. Cf. § 35 et 37. Videatur quoque § 40.

b) Terminatio huius personae تُمْ, si pronomen annectitur, longâ vocali *ú* augetur; ut in قَدَمْتُمُونِي. Cf. § 48, 1° et § 55. Etiam poëtae hanc terminationem, etsi pronomen non annectitur, subinde تُمُو vel تُمُ pronuntiant.

c) Sunt dialecti, in quibus prima huius modi syllaba non cum Phat'hâ, sed cum Kèsrâ profertur, sicut in linguâ Hebraeâ.

aut

يُقْدَمْ , تُقْدَمْ , تُقْدَمْ , تُقْدَمِينَ , etc.

Imperfectum semiactivum.

يَقْدَمْ , rarò يِقْدَمْ.

Eandem autem hanc formam *saepe* habet Imperfectum verbi *activi*, quando ultima vel paenultima littera *gutturalis* est; ut يَقْدَحُ et يَقْحَمُ.

Imperfectum neutrum.

يَقْدُمْ.

Iussivus et *Coniunctivus.* [d]

3.	يَقْدُمْ يَقْدُمَ	تَقْدُمْ تَقْدُمَ	يَقْدُمُوا	يَقْدُمْنَ	يَقْدُمَا	تَقْدُمَا
2.	تَقْدُمْ تَقْدُمَ	تَقْدُمِي	تَقْدُمُوا	تَقْدُمْنَ	تَقْدُمَا	
1.	أَقْدُمْ أَقْدُمَ		نَقْدُمْ نَقْدُمَ		. . . .	

Pariter يَقْدِمْ vel يَقْدِمَ, et يَقْدَمْ vel يَقْدَمَ. [e]

---

d) Quam vocalem media consonans habet in Imperfecto, eandem in Iussivo et Coniunctivo atque in Imperativo, itemque in formis horum modorum paragogicis, obtinet.

e) Duplicem in hoc modo formam eae tantùm habent personae, quae nullâ in fine auctae sunt terminatione. Nam his in quibusdam casibus additur terminatio *a* (quae in sermone Hebraeo soli primae personae

Forma paragogica.

3.	يَقْدُمَنَّ يَقْدُمَنْ	تَقْدُمَنَّ تَقْدُمَنْ	يَقْدُمُنَّ يَقْدُمُنْ	يَقْدُمْنَانِّ	يَقْدُمَانِّ	تَقْدُمَانِّ
2.	تَقْدُمَنَّ تَقْدُمَنْ	تَقْدُمِنَّ تَقْدُمِنْ	تَقْدُمُنَّ تَقْدُمُنْ	تَقْدُمْنَانِّ	تَقْدُمَانِّ	
1.	أَقْدُمَنَّ أَقْدُمَنْ		نَقْدُمَنَّ نَقْدُمَنْ		. . . .	

Pariter يَقْدِمَنَّ vel يَقْدِمَنْ, et يُقْدَمَنَّ vel يَقْدَمَنْ *f*.

---

propria est): et, quum haec auctior forma post certas quasdam *coniunctiones* usurpetur, eam discriminis gratiâ *Coniunctivum* appellare poteris.

f) Duae hae formae paragogicae a grammaticis sic distingui solent, ut prior *gravis*, posterior *lenis*, dicatur. Significationis differentia propemodum nulla est, et tum in plurali feminino, tum in duali, etiam formae discrimen disparet. — In Alcorano formae *levis* terminatio *an* interdum eodem modo scribitur, ac similis terminatio nominum (§ 10): يَقْدُمًا. — Facta autem esse videtur forma paragogica a Iussivo seu Coniunctivo et Imperativo, annexâ particulâ encliticâ نَّا, quae in linguâ Hebraeâ simili modo usurpatur et *en*, *age*, *obsecro* vel *quaeso* significat. Etiam in Hebraeâ linguâ particula נא verbo in vocalem exeunti subiuncta literam Nun duplicatam habet; sed, quum accentum habeat, seorsùm scribitur. In Arabicâ annexa est verbo, quia sine accentu profertur, ideoque etiam vocalis *a* correpta est. Et haec vocalis *a* in plurali feminino et in duali in breve *e* mutata est ob longum *â*, quod in paenultimâ syllabâ antecedit. Si breve illud *a* in reliquis persònis penitùs in pronuntiando obscuratur et propterea ultimae quoque consonantis duplicatio non auditur, forma paragogica *levis* nuncupatur.

Imperativus [d].

2. ‖ أُقْدُمْ | أُقْدُمِي . | أُقْدُمُوا ‖ أُقْدُمْنَ ‖ أُقْدُمَا

Pariter اِقْدِمْ et اِقْدَمْ.

Forma paragogica.

2. { أُقْدُمَنَّ / أُقْدُمَنْ | أُقْدُمِنَّ / أُقْدُمِنْ ‖ أُقْدُمُنَّ / أُقْدُمُنْ } أُقْدُمْنَانِّ ‖ أُقْدُمَانِّ

Pariter اِقْدِمَنَّ vel اِقْدِمَنْ, et اِقْدَمَنَّ vel اِقْدَمَنْ *f*.

Modi impersonales.

Participium.

قَادِمٌ

Infinitivus

unâ pluribusve profertur e sequentibus nominum formis: (1) قَدْمٌ, (2) قُدْمٌ, (3) قِدْمٌ, (4) قَدَمٌ, (5) قُدُمٌ, (6) قَدِمٌ, (7) قَدَامٌ, (8) قُدَامٌ, (9) قِدَامٌ, (10) قَدْمَةٌ, (11) قُدْمَةٌ, (12) قِدْمَةٌ, (13) قَدَمَةٌ, (14) قَدَامَةٌ, (15) قُدَامَةٌ, (16) قِدَامَةٌ, (17) قَدْمَى, (18) قُدْمَى, (19) قِدْمَى, (20) قَدْمَانٌ, (21) قُدْمَانٌ, (22) قِدْمَانٌ, (23) قَدَمَانٌ, (24) قَدُومٌ, (25) قَدِيمٌ, (26) قِدَمٌ, (27) قِدَمَةٌ, (28) قُدُومٌ, (29) قُدُومَةٌ, (30) مَقْدَمٌ, (31) مَقْدَمَةٌ, (32) مَقْدِمٌ, (33) مَقْدِمَةٌ [g]

g) His 33, quae vulgò numerantur, Infinitivi formis ab aliis grammaticis etiam aliae accensentur; ut قَدَمَى, مَقْدُمٌ, مَقْدُمَةٌ, مُقْدَمَةٌ et مَقْدُومٌ.

Forma prima obiectiva.

Perfectum	قُدِمَ
Imperfectum	يُقْدَمُ
Iussivus	يُقْدَمْ
Coniunctivus	يُقْدَمَ
Forma paragogica	يُقْدَمَنَّ
Participium	مَقْدُومٌ

Imperativum et *Infinitivum* forma obiectiva in linguâ Arabicâ non admittit.

83. Sequuntur nunc exempla coniugationis *formarum derivatarum verbi trilitteri* eo, quo vulgò a grammaticis numerantur, ordine (§ 62), itemque *formarum verbi quadrilitteri* (§ 63). Non est autem opus, harum formarum exhibere Iussivum et Coniunctivum huiusque atque Imperativi formas paragogicas: nam hi modi quâ ratione formentur, ex analogiâ et comparatione formae primae facilè intelligitur.

Videlicet omnia a verbo derivata nomina abstracta, quae dicuntur, si tanquam Infinitivi construuntur, hoc quoque nomine appellari possunt. In magnâ autem illâ formarum copiâ notandum est, Infinitivum, si verbum transitivum est, vulgò esse ut قَدْمٌ, si intransitivum et activum, ut قُدُومٌ, si intransitivum et semiactivum, ut قَدَمٌ, si neutrum, ut قُدُومَةٌ vel قَدَامَةٌ; et quae a primâ verborum formâ Infinitivi formae in usu sunt, eae, ut reliqua nomina, in lexicis recensentur.

Modi personales.

Formae *numerus.*	*Formae subiectivae et reflexivae* Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	*Formae obiectivae* Perfectum.	Imperfect.
2dae	قَدَّمَ	يُقَدِّمُ	قَدِّمْ	قُدِّمَ	يُقَدَّمُ
3tiae	قَادَمَ	يُقَادِمُ	قَادِمْ	قُودِمَ	يُقَادَمُ
4tae	أَقْدَمَ	يُقْدِمُ	أَقْدِمْ	أُقْدِمَ	يُقْدَمُ
5tae	تَقَدَّمَ	يَتَقَدَّمُ h	تَقَدَّمْ	تُقُدِّمَ	يُتَقَدَّمُ
6tae	تَقَادَمَ	يَتَقَادَمُ h	تَقَادَمْ	تُقُودِمَ	يُتَقَادَمُ
7mae	اِنْقَدَمَ	يَنْقَدِمُ	اِنْقَدِمْ	اُنْقُدِمَ	يُنْقَدَمُ
8vae	اِقْتَدَمَ	يَقْتَدِمُ	اِقْتَدِمْ	اُقْتُدِمَ	يُقْتَدَمُ
9nae	اِقْدَمَّ	يَقْدَمُّ	اِقْدَمِمْ	inusit.	inusit.
10ae	اِسْتَقْدَمَ	يَسْتَقْدِمُ	اِسْتَقْدِمْ	اُسْتُقْدِمَ	يُسْتَقْدَمُ
11ae	اِقْدَامَّ	يَقْدَامُّ	اِقْدَامِمْ	inusit.	inusit.
12ae	اِقْدَوْدَمَ	يَقْدَوْدِمُ	اِقْدَوْدِمْ	اُقْدُودِمَ	يُقْدَوْدَمُ
13ae	اِقْدَوَّمَ	يَقْدَوِّمُ	اِقْدَوِّمْ	اُقْدُوِّمَ	يُقْدَوَّمُ
Q. I.	مَقْدَمَ	يُمَقْدِمُ	مَقْدِمْ	مُقْدِمَ	يُمَقْدَمُ
II.	تَمَقْدَمَ	يَتَمَقْدَمُ h	تَمَقْدَمْ	تُمُقْدِمَ	يُتَمَقْدَمُ
III.	اِمْقَنْدَمَ	يَمْقَنْدِمُ	اِمْقَنْدِمْ	اُمْقُنْدِمَ	يُمْقَنْدَمُ
IV.	اِمْقَدَمَّ	يَمْقَدِمُّ	اِمْقَدْمِمْ	اُمْقُدِمَّ	يُمْقَدَمُّ

---

h) In 2dâ personâ et in 3tiâ femininâ ingratam repetionem syllabae *ta* omittere liçet, et exempli causâ تَقَدَّمُ et تَقَادَمُونَ dicere pro تَتَقَدَّمُ et تَتَقَادَمُونَ.

Modi impersonales.

Formae *numerus.*	*Infinitivus.*	*Participium* subiectivum.	*Participium* obiectivum.
2dae	تَقْدِيمٌ; rarius تَقْدِمَةٌ, تَقْدَامٌ, قِدَامٌ, قَدَامٌ vel قِدَّامٌ.	مُقَدِّمٌ	مُقَدَّمٌ
3tiae	مُقَادَمَةٌ et قِدَامٌ; rarò قِيدَامٌ.	مُقَادِمٌ	مُقَادَمٌ
4tae	إِقْدَامٌ; rarò قَدَامٌ vel قَدَامَةٌ.	مُقْدِمٌ	مُقْدَمٌ
5tae	تَقَدُّمٌ; rarò تِقِدَّامٌ	مُتَقَدِّمٌ	مُتَقَدَّمٌ
6tae	تَقَادُمٌ	مُتَقَادِمٌ	مُتَقَادَمٌ
7mae	اِنْقِدَامٌ	مُنْقَدِمٌ	مُنْقَدَمٌ
8vae	اِقْتِدَامٌ	مُقْتَدِمٌ	مُقْتَدَمٌ
9nae	اِقْدِمَامٌ	مُقْدَمٌّ	inusit.
10ae	اِسْتِقْدَامٌ	مُسْتَقْدِمٌ	مُسْتَقْدَمٌ
11ae	اِقْدِيمَامٌ	مُقْدَامٌّ	inusit.
12ae	اِقْدِيدَامٌ	مُقْدَوْدِمٌ	مُقْدَوْدَمٌ
13ae	اِقْدِوَّامٌ	مُقْدَوِّمٌ	مُقْدَوَّمٌ
Q. I.	مِقْدَامٌ vel مَقْدَمَةٌ	مُمَقْدِمٌ	مُمَقْدَمٌ
II.	تَمَقْدُمٌ	مُتَمَقْدِمٌ	مُتَمَقْدَمٌ
III.	اِمْقِنْدَامٌ	مُمْقَنْدِمٌ	مُمْقَنْدَمٌ
IV.	اِمْقِدْمَامٌ	مُمْقَدِمٌّ	مُمْقَدَمٌّ

84. Animadvertendum est, formam 9am et 11am verbi trilitteri et IVam quadrilitteri eodem modo coniugari, ac verba imperfecta, quae ultimam litteram duplicatam habent; de horum autem flexione inferiùs exponetur. — Itemque verba qua-

drilittera, quae in ى quiescens exeunt, ut سَلْقَى et in formâ III^tiâ اِسْلَنْقَى, aut quae in litteris suis ا habent, ut طَمْأَنَ vel طَأْمَنَ, et in IV^tâ formâ اِطْمَأَنَّ; ea igitur hac parte flectuntur ad normam similium verborum imperfectorum.

2. *De verbo imperfecto.*

85. *Verbum imperfectum* est *bilitterum*, vel et *unius consonantis*, verbum, quod tamen ad normam verbi perfecti sive trilitteri coniugatur, et verò etiam in quibusdam vel plerisque formis aut flexibus trilitterum (vel, si proprie unîus consonantis fuit, saltem bilitterum) factum est, acceptâ vice primae, secundae tertiaeve consonantis litterâ semivocali و vel ى, aut spiritu leni ا, aut secundâ litterâ geminatâ. De variis hisce verbi imperfecti generibus nunc tractaturi, ea tantùm breviter hîc annotabimus, quae iis peculiaria sunt, ceteris, quae cum verbo perfecto communia habent, omissis.

a. *De verbo imperfecto primâ litterâ* و *vel* ى.

86. *Utraque species* in plerisque formis et flexibus verbum perfectum est, litteramque و vel ى *consonantem* habet. — At *primò*, quoties in coniugando accidit, ut prima verbi littera syllabam claudat, litterae illae semivocales cum praecedente vocali Phat'hâ diphthongum faciunt; veluti وَدَمَ et يَدَمَ [i] in 4^tâ formâ أَوْدَمَ et أَيْدَمَ habent.

---

[i]) Haec quidem duo verba in sermone Arabico inusitata sunt: sed hic ea fingimus, ut iis utamur pro exemplis, quorum facilis comparatio sit cum verbo trilittero قَدَمَ, quippe a quo primâ tantùm litterâ differunt.

87. Et *secundò* in eodem casu و post Zhammam et ى post Kèsram consonans esse nequit, sed quiescens fit, quum **sola** vocalis pronuntietur eaque producatur. Sic forma obiectiva وُدِمَ in Impfcto يُودَمُ, verbum neutrum يَدِمَ in Imprtvo ايدَمْ habet.

88. Similiter *tertiò* sola producta vocalis effertur, si ex analogiâ verbi perfecti و post Kèsram vel ى post Zhammam in eâdem syllabâ pronuntiandum esset; ideoque etiam a verbo neutro وَدِمَ Imprtvus ايدَمْ (non اِوْدَمْ), et a formâ obiectivâ يُدِمَ Imprfctm يُودَمُ (non يُيْدَمُ) est. Conferatur § 13.

89. Denique *quartò* in 8$^{\text{vâ}}$ formâ loco litterae و vel ى littera ت, quae huic formae propria est, duplicatur, diciturque اتَّدَمَ (pro اِوْتَدَمَ aut اِيْتَدَمَ), in Imprfcto يَتَّدِمُ. Rariùs in vicem litterae semivocalis, quae syllabam claudat, brevis vocalis producitur, ut dicatur ايتَدَمَ, in Imprfcto يَاتَدِمُ, in formâ obiectivâ أُوتُدِمَ. Quidam tamen tunc cum Hamzâ et Djezmate scribendum esse censent اِئْتَدَمَ, يَأْتَدِمُ, أُؤْتُدِمَ, ut vocalem acuendam esse significetur, et sonus ab اتَّدَمَ, يَتَّدِمُ et أُتُّدِمَ non multum differat. Conf. § 30. — Quum autem اتَّدَمَ primâ specie non a وَدَمَ, sed potiùs a تَدَمَ inclinatum esse videatur, hinc factum, ut novum in sermone aliquando exsisteret verbum primâ litterâ ت, quod denuo tanquam verbum trilitterum 1$^{\text{mae}}$ formae flecteretur, et a quo deinde aliae rursùs formae, praesertim nomina, derivarentur. Et verò etiam, licet novum verbum primâ litterâ ت eo modo non exstiterit, aliquando tamen nomen derivatum, atque adeo 1$^{\text{mae}}$ quoque formae Infinitivus, pro semivocali primam litteram ت habet. Veluti تُضْعٌ (quod

etiam تُضُعْ profertur ac scribitur) nihil differt a وُضْعٌ. Sic autem cum ت in principio eae inprimis proferuntur Infinitivi formae, quarum prima littera cum Zhammâ pronuntiatur.

90. Praeterea *verba primâ litterâ* و hoc peculiare habent, quòd in 1^{mâ} formâ Imperfectum et ceteri modi cognati, quando paenultima littera cum Kèsrâ profertur, bilitteram formam omnino conservarunt, adeo ut a وَدَمَ Imprfctm sit يَدِمُ, Imprtvs دِمْ (fem. دِمِى, pl. دِمُوا etc.). Atque etiam Infntvs tunc plerumque est ut دِمَةٌ ^{k}.

91. Eandem normam sequuntur aliquot verba (وَدَعَ, وَسِعَ, وَضَعَ, وَطِئَ, وَقَعَ et وَهَبَ), quae in illis modis ob ultimam vel paenultimam litteram gutturalem Phat'ham pro Kèsrâ habent. Veluti وَهَبَ, in Imprfcto يَهَبُ, in Imprtvo هَبْ; وَسِعَ, in Imprfcto يَسَعُ, in Imprtvo سَعْ, in Infntvo سَعَةٌ. Etiam a وَذَرَ ob ultimam litteram ر, quae gutturalibus affinis est, يَذَرُ et ذَرْ inclinatur.

92. Tum Imperfectum, si paenultima littera cum Phat'hâ profertur, vulgò quidem ut يَوْدَمُ sonat; sed ex diversitate dialectorum etiam يَادَمُ, vel يِيْدَمُ, quin etiam يِيدَمُ (coll. p. 41, n. ^{e}). — Et وَجَدَ vulgò quidem in eo modo يَجِدُ, sed etiam ex aliâ dialecto يَجُدُ habet.

93. Etiam a *verbis primâ litterâ* ى in Imperfecto 1^{mae} formae exempli gratiâ pro يَيْدَمُ ex aliis dialectis pronuntiatur يَادَمُ vel يِيدَمُ.

---

^{k}) Interdum Kèsra producitur. Sic وَرِعَ in Infinitivo habet رِعَةٌ et رِيعَةٌ.

b. *De verbo imperfecto mediâ litterâ و vel ى.*

94. Imperfecta, id est bilittera, haec verba esse solent in omnibus modis personalibus formae 1^{mae} et 4^{tae} formarumque reflexivarum, quae ab illis derivatae sunt, 7^{mae}, 8^{vae} et 10^{mae}. Nam, mediâ consonante deficiente, sola vocalis, quâcum in verbo perfecto media consonans pronuntiatur, aut, si prima quoque consonans vocalem habet atque adeo duae vocales concurrunt, earum alterutra (§ 15), profertur; sed ita, ut, nisi composita syllaba sit, semper producatur. Hinc autem fit, ut nullum utriusque speciei discrimen sit, praeterquam in formâ 1^{mâ}. In hac enim, quoniam vocalis *u* cum semivocali litterâ و, et *i* cum ى, convenit, Imperfectum cum cognatis modis verbi *activi*, si media littera و est, nunquam ut يَقْدِمُ, sed semper ut يَقْدُمُ, et contrà, si media littera ى est, nunquam ut يَقْدُمُ, sed semper ut يَقْدِمُ profertur: atque ob eandem rationem Perfectum verbi *activi*, si media littera و est, non differt a formâ *neutrâ*, in verbo perfecto mediam vocalem *u* habente (قَدُمَ), nec, si media littera ى est, a formâ *semiactivâ* (§ 75), quae in verbo perfecto mediam vocalem *i* habet (قَدِمَ). Forma denique *neutra*, quae in verbo perfecto in omnibus modis mediam vocalem *u* habet, a verbo mediâ litterâ ى non inclinatur, sed eius loco usurpatur forma *semiactiva*, quae in Perfecto saltem mediam vocalem *i* habet.

95. *Paradigma formae primae verbi* activi *et* neutrîus *mediâ litterâ* و.

Perfectum.

3.	قَامَ	قَامَتْ	قَامُوا	قُمْنَ *l*	قَامَا	قَامَتَا
2.	قُمْتَ *l*	قُمْتِ	قُمْتُمْ	قُمْتُنَّ	قُمْتُمَا	
1.	قُمْتُ *l*		قُمْنَا		. . . .	

Imperfectum.

3.	يَقُومُ	تَقُومُ	يَقُومُونَ	يَقُمْنَ *l*	يَقُومَانِ	تَقُومَانِ
2.	تَقُومُ	تَقُومِينَ	تَقُومُونَ	تَقُمْنَ	تَقُومَانِ	
1.	أَقُومُ		نَقُومُ		. . . .	

Iussivus et *Coniunctivus.*

3.	يَقُمْ *m* / يَقُومَ	تَقُمْ / تَقُومَ	يَقُومُوا	يَقُمْنَ	يَقُومَا	تَقُومَا
2.	تَقُمْ / تَقُومَ	تَقُومِي	تَقُومُوا	تَقُمْنَ	تَقُومَا	
1.	أَقُمْ / أَقُومَ		نَقُمْ / نَقُومَ		. . . . /	

Forma paragogica: يَقُومَنَّ vel يَقُومَنْ.

---

l) Sic مُتَّ , مُتِّ , مُتُّ etc. a مَاتَ , كُنَّ , كُنَّا et يَكُنَّ a كَانَ. Conferatur pag. 41, n. *a*, et § 35 et 37.

m) Pro يَكُنْ a verbo كَانَ (*esse*) etiam يَكُ usitatum est.

Imperativus.

2.	قُمْ	قُومِى	قُومُوا	قُمْنَ	قُومَا

Forma paragogica: قُومَنَّ vel قُومَنْ.

Participium: قَائِمٌ.

Infinitivus: قَوْمٌ , قِيَامٌ , قِيَامَةٌ , مَقَامٌ etc.; item قَيْمُومَةٌ.

96. *Paradigma formae primae verbi* activi *mediâ litterâ* ى.

Perfectum.

3.	قَامَ	قَامَتْ	قَامُوا	قِمْنَ	قَامَا	قَامَتَا
2.	قِمْتَ	قِمْتِ	قِمْتُمْ	قِمْتُنَّ	قِمْتُمَا	
1.	قِمْتُ		قِمْنَا		. . . .	

Imperfectum.

3.	يَقِيمُ	تَقِيمُ	يَقِيمُونَ	يَقِمْنَ	يَقِيمَانِ	تَقِيمَانِ
2.	تَقِيمُ	تَقِيمِينَ	تَقِيمُونَ	تَقِمْنَ	تَقِيمَانِ	
1.	أَقِيمُ		نَقِيمُ		. . . .	

Iussivus et *Coniunctivus.*

3.	يَقِمْ / يَقِيمَ	تَقِمْ / تَقِيمَ	يَقِيمُوا	يَقِمْنَ	يَقِيمَا	تَقِيمَا
2.	تَقِمْ / تَقِيمَ	تَقِيمِى	تَقِيمُوا	تَقِمْنَ	تَقِيمَا	
1.	أَقِمْ / أَقِيمَ		نَقِمْ / نَقِيمَ		. . . . /	

Forma paragogica: يَقِيمَنَّ vel يَقِيمَنْ.

Imperativus.

2. ‖ قِمْ | قِيمِى ‖ قِيمُوا | قِمْنَ ‖ قِيمَا

Participium: قَائِمٌ.

Infinitivus: قَيْمٌ , قِيَامٌ , قِيَامَةٌ , مَقَامٌ , مَقِيمَةٌ etc.; item قَيْمُومَةٌ.

97. *Modi personales formae primae verbi* semiactivi *mediâ litterâ* و *vel* ى.

Prfctm: قَامَ , قَامَتْ , قِمْتَ , et sic porro.

Imprfctm: يَقَامُ , تَقَامُ etc. *n*; plur. يَقَامُونَ , يَقَمْنَ etc.

Issvs et *Cninctvs:* يَقَمْ vel يَقَامَ.

Forma paragogica: يَقَامَنَّ vel يَقَامَنْ.

Imprtvs: قَمْ , قَامِى ; pl. قَامُوا , قَمْنَ ; dual. قَامَا.

Forma paragogica: قَامَنَّ vel قَامَنْ.

98. *Paradigma primae formae* obiectivae *verbi mediâ litterâ* و *vel* ى.

Prfctm: قِيمَ , قِيمَتْ , قِمْتَ , et sic porro. *o*

---

n) A verbo خَالَ (*imaginari*) primam pers. sing. Imprfcti non أَخَالُ, sed cum Kesrâ إِخَالُ proferre consuetum est in plerisque dialectis. Conferatur p. 41, n. *e*, ac § 92 et 93.

o) Sunt, qui قُيِمَ proferunt. Alii قُومَ , قُومَتْ , قُمْتَ , et sic porro. Quidam قُومَ proferre malunt, si forma subiectiva flectitur ut قَامَ , قَامَتْ , قُمْتَ etc.; sed قِيمَ , si formae subiectivae flexio huiusmodi est: قَامَ , قَامَتْ , قِمْتَ , et sic porro.

Imprfctm: يُقَامُ , تُقَامُ et sic porro.
Issvs et *Cnictvs:* يُقَمْ vel يُقَامْ.
Participium mediâ litt. و : مَقُومٌ , rarò مَقْوُومٌ.
——————ى : مَقِيمٌ , —— مَقْيُومٌ.

99. *Paradigma formae* 4tae, 7mae, 8vae, *et* 10mae *verbi mediâ litterâ* و *vel* ى.

Modi personales.

Formae numerus.	*Formae subiectivae* et *reflexivae*			*Formae obiectivae*	
	Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	Perfectum.	Imperfect.
4tae	أَقَامَ	يُقِيمُ	أَقِمْ	أُقِيمَ	يُقَامُ
7mae	اِنْقَامَ	يَنْقَامُ	اِنْقَمْ	أُنْقِيمَ	يُنْقَامُ
8vae	اِقْتَامَ	يَقْتَامُ	اِقْتَمْ	أُقْتِيمَ	يُقْتَامُ
10mae	اِسْتَقَامَ	يَسْتَقِيمُ	اِسْتَقِمْ	أُسْتُقِيمَ	يُسْتَقَامُ

Flectitur autem harum formarum Perfectum hoc modo: أَقَامَ , أَقَامَتْ , أَقَمْتَ , et sic porro.

Modi impersonales.

Formae numerus.	*Infinitivus.*	*Participium*	
		subiectivum	obiectivum
4tae	إِقَامَةٌ	مُقِيمٌ	مُقَامٌ
7mae	اِنْقِيَامٌ	مُنْقَامٌ	مُنْقَامٌ
8vae	اِقْتِيَامٌ	مُقْتَامٌ	مُقْتَامٌ
10mae	اِسْتِقَامَةٌ	مُسْتَقِيمٌ	مُسْتَقَامٌ

100. In his, de quibus nunc diximus, quinque formis rariùs haec verba litteram semivocalem و vel ى mediam *conso-*

nantem habent, atque adeo perfecta sive trilittera sunt. In nonnullis tamen verbis id fortasse propterea obtinet, quòd primam vel ultimam litteram gutturalem, id est spiritum potiùs, quàm consonantem, habent: ut عَوِرَ *monoculum esse.* Sed in plerisque, si qua earum formarum, aut semper, aut interdum vel frequenter, و vel ى mediam consonantem habet, haec causa esse censenda est, quòd a talismodi *nomine* ea forma significationem accepit. Sic in 10mâ formâ plerumque non اِسْتَصَابَ, sed اِسْتَصْوَبَ dicitur, quoniam notio, *rectum habere*, derivata est a nomine صَوَابٌ *rectum.*

101. In *reliquis formis* haec verba semper perfecta sunt. Tantummodo monendum est, velle grammaticos, ut Perfectum obiectivum formae 3tiae et 6tae a verbis, quae mediam litteram و habent, contra suetam orthographiam (§ 36) cum duobus و scribatur, quo distinguatur a Perfecto obiectivo formae 2dae et 5tae: in formâ igitur 2dâ quidem scribendum esse قُوِّمَ, sed in 3tiâ قُووِمَ.

c. *De verbo imperfecto ultimâ litterâ و vel ى.*

102. Cognitâ coniugatione verborum *mediâ* litterâ و vel ى, et collatis § 13—16, facilè quoque intelligetur ratio verborum *ultimâ* litterâ semivocali. Et haec quidem in omnibus formis et modis, si perpaucos tantùm flexûs excipias, semper imperfecta sunt. Neque utriusque speciei ullum discrimen est, nisi in formâ 1mâ, si verbum *activum* est.

103. *Paradigma formae primae verbi* activi *ultimâ litterâ* و.

Perfectum.

3.	قَدَا	قَدَتْ	قَدَوْا	قَدَوْنَ	قَدَوَا	قَدَتَا
2.	قَدَوْتَ	قَدَوْتِ	قَدَوْتُمْ	قَدَوْتُنَّ	قَدَوْتُمَا	
1.	قَدَوْتُ		قَدَوْنَا		. . . .	

Imperfectum.

3.	يَقْدُو	تَقْدُو	يَقْدُونَ	يَقْدُونَ	يَقْدُوَانِ	تَقْدُوَانِ
2.	تَقْدُو	تَقْدِينَ	تَقْدُونَ	تَقْدُونَ	تَقْدُوَانِ	
1.	أَقْدُو		نَقْدُو		. . . .	

Iussivus et *Coniunctivus.*

3.	يَقْدُ يَقْدُوَ	تَقْدُ تَقْدُوَ	يَقْدُوا	يَقْدُونَ	يَقْدُوَا	تَقْدُوَا
2.	تَقْدُ تَقْدُوَ	تَقْدِى	تَقْدُوا	تَقْدُونَ	تَقْدُوَا	
1.	أَقْدُ et أَقْدُوَ		نَقْدُ et نَقْدُوَ		. . . .	

Forma paragogica.

3.	يَقْدُوَنَّ يَقْدُوَنْ	تَقْدُوَنَّ تَقْدُوَنْ	يَقْدُنَّ يَقْدُنْ	يَقْدُونَانِّ	يَقْدُوَانِّ	تَقْدُوَانِّ
2.	تَقْدُوَنَّ تَقْدُوَنْ	تَقْدِنَّ تَقْدِنْ	تَقْدُنَّ تَقْدُنْ	تَقْدُونَانِّ	تَقْدُوَانِّ	
1.	أَقْدُوَنَّ vel أَقْدُوَنْ		نَقْدُوَنَّ vel نَقْدُوَنْ		. . . .	

Imperativus.

2.	أُقْدُ	أُقْدِى	أُقْدُوا	أُقْدُونَ	أُقْدُوَا

Forma paragogica: أُقْدُوَنَّ vel أُقْدُونْ , أُقْدِنَّ vel أُقْدِنْ etc.

Participium: قَادٍ.

Infinitivus: قَدْوٌ , قَدًى , قَدَآءٌ , قَدَاةٌ (vel قَدَوَةٌ) , قَدَاوَةٌ , قَدْوَانٌ , قَدَوَانٌ , قَدِىٌّ , قُدُوٌّ , مَقْدًى , مَقْدَاةٌ, etc.

104. *Paradigma formae primae verbi* activi *ultimâ litterâ* ى.

Perfectum.

3.	قَدَى	قَدَتْ	قَدَوْا	قَدَيْنَ	قَدَيَا	قَدَتَا
2.	قَدَيْتِ	قَدَيْتَ	قَدَيْتُمْ	قَدَيْتُنَّ	قَدَيْتُمَا	
1.	قَدَيْتُ		قَدَيْنَا		. . . .	

Imperfectum.

1.	يَقْدِى	تَقْدِى	يَقْدُونَ	يَقْدِينَ	يَقْدِيَانِ	تَقْدِيَانِ
2.	تَقْدِى	تَقْدِينَ	تَقْدُونَ	تَقْدِينَ	تَقْدِيَانِ	
3.	أَقْدِى		نَقْدِى		. . . .	

Iussivus et *Coniunctivus.*

3.	يَقْدِ يَقْدِيَ	تَقْدِ تَقْدِيَ	يَقْدُوا	يَقْدِينَ	يَقْدِيَا	تَقْدِيَا
2.	تَقْدِ تَقْدِيَ	تَقْدِى	تَقْدُوا	تَقْدِينَ	تَقْدِيَا	
1.	أَقْدِ et أَقْدِيَ		نَقْدِ et نَقْدِيَ		. . . .	

Forma paragogica: يَقْدَيَنَّ vel يَقْدَيَنْ.

Imperativus.

2.	اقْدِ	اقْدِى	اقْدُوا	اقْدِينَ	اقْدِيَا

Forma paragogica: اقْدِيَنَّ vel اقْدِيَنْ , اقْدِنَّ vel اقْدِنْ etc.

Participium: قَادٍ.

Infinitivus: قَدْىٌ , قَدًى , قَدَآةٌ , قَدَاةٌ , قَدَايَةٌ , قُدْيَانٌ , قَدَيَانٌ , قُدِىٌّ , قَدِىٌّ (secundùm nonnullos قَدِىٌ) , مَقْدًى , مَقْدَاةٌ etc.

105. *Modi personales formae primae verbi* semi-activi *ultimâ litterâ* و *vel* ى.

Perfectum.

3.	قَدِىَ	قَدِيَتْ	قَدُوا	قَدِينَ	قَدِيَا	قَدِيَتَا
2.	قَدِيتَ	قَدِيتِ	قَدِيتُمْ	قَدِيتُنَّ	قَدِيتُمَا	
1.	قَدِيتُ		قَدِينَا		. . . .	

Imperfectum. p)

3.	يَقْدَى	تَقْدَى	يَقْدَوْنَ	يَقْدَيْنَ	يَقْدَيَانِ	تَقْدَيَانِ
2.	تَقْدَى	تَقْدَيْنَ	تَقْدَوْنَ	تَقْدَيْنَ	تَقْدَيَانِ	
1.	أَقْدَى		نَقْدَى		. . . .	

p) Eandem formam in hoc et sequentibus modis habent nonnulla verba, quorum secunda littera gutturalis est: veluti رَعَى (*passere*), in Imperfecto يَرْعَى.

Iussivus et *Coniunctivus.*

3.	يَقْدَ يَقْدَى	تَقْدَ تَقْدَى	يَقْدَوْا	يَقْدَيْنَ	يَقْدَيَا	تَقْدَيَا
2.	تَقْدَ تَقْدَى	تَقْدَىْ	تَقْدَوْا	تَقْدَيْنَ	تَقْدَيَا	
1.	أَقْدَ et أَقْدَى		نَقْدَ et نَقْدَى		. . . .	

Forma paragogica: يَقْدَيَنَّ vel يَقْدَيَنْ; pl. يَقْدَوُنَّ vel يَقْدَوُنْ.

Imperativus.

2.	اِقْدَ	اِقْدَىْ	اِقْدَوْا	اِقْدَيْنَ	اِقْدَيَا

Forma paragogica: اِقْدَيَنَّ vel اِقْدَيَنْ, اِقْدَيِنَّ vel اِقْدَيِنْ etc.

106. *Modi personales formae primae verbi* neutrîus *mediâ litterâ و vel ى.*

Perfectum.

3.	قَدُوَ	قَدُوَتْ	قَدُوا	قَدُونَ	قَدُوَا	قَدُوَتَا
2.	قَدُوتَ	قَدُوتِ	قَدُوتُمْ	قَدُوتُنَّ	قَدُوتُمَا	
1.	قَدُوتُ		قَدُونَا		. . . .	

Imprfctm: يَقْدُو.

Imprtvs: اُقْدُ. Videatur § 103.

107. *Paradigma primae formae* obiectivae *verbi ultimâ litterâ و vel ى.*

Prfctm: قُدِىَ, قُدِيَتْ, قُدِيتَ, et sic porro.

Imprfctm : يُقْدَى.

Issvs : يُقْدَ.

Cninctvs : يُقْدَى.

Participium ultimâ litt. و : مَقْدُوٌّ.

——————— ی : مَقْدِيٌّ.

108. *Paradigma* formarum derivatarum *verbi ultimâ litterâ* و *vel* ی.

Modi personales.

Formae numerus.	*Formae subiectivae et reflexivae*			*Formae obiectivae*	
	Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	Perfectum.	Imperfect.
2^{dae}	قَدَّى	يُقَدِّى	قَدِّ	قُدِّىَ	يُقَدَّى
3^{tiae}	قَادَى	يُقَادِى	قَادِ	قُودِىَ	يُقَادَى
4^{tae}	أَقْدَى	يُقْدِى	أَقْدِ	أُقْدِىَ	يُقْدَى
5^{tae}	تَقَدَّى	يَتَقَدَّى	تَقَدَّ	تُقُدِّىَ	يُتَقَدَّى
6^{tae}	تَقَادَى	يَتَقَادَى	تَقَادَ	تُقُودِىَ	يُتَقَادَى
7^{mae}	اِنْقَدَى	يَنْقَدِى	اِنْقَدِ	أُنْقُدِىَ	يُنْقَدَى
8^{vae}	اِقْتَدَى	يَقْتَدِى	اِقْتَدِ	أُقْتُدِىَ	يُقْتَدَى
10^{mae}	اِسْتَقْدَى	يَسْتَقْدِى	اِسْتَقْدِ	أُسْتُقْدِىَ	يُسْتَقْدَى
12^{mae}	اِقْدَوْدَى	يَقْدَوْدِى	اِقْدَوْدِ	أُقْدُودِىَ	يُقْدَوْدَى

Modi impersonales.

Formae *numerus.*	*Infinitivus.*	*Participium* subiectivum.	*Participium* obiectivum.
2dae	تَقْدِيَةٌ	مُقَدٍّ	مُقَدًّى
3tiae	مُقَادَاةٌ et قِدَآءٌ	مُقَادٍ	مُقَادًى
4tae	اِقْدَآءٌ	مُقْدٍ	مُقْدًى
5tae	تَقَدٍّ	مُتَقَدٍّ	مُتَقَدًّى
6tae	تَقَادٍ	مُتَقَادٍ	مُتَقَادًى
7mae	اِنْقِدَآءٌ	مُنْقَدٍ	مُنْقَدًى
8vae	اِقْتِدَآءٌ	مُقْتَدٍ	مُقْتَدًى
10mae	اِسْتِقْدَآءٌ	مُسْتَقْدٍ	مُسْتَقْدًى
12mae	اِقْدِيدَآءٌ	مُقْدَوْدٍ	مُقْدَوْدًى

109. Si verbum huius generis secundam litteram ى habet, in fine vocis longa vocalis *á* non per ى, sed per ا quiescens designatur (§ 9). Sic verbi حَيِىَ (*vivere*) Imprfctm est يَحْيَا, formae 4tae Prfctm أَحْيَا, et sic porro. — Quidam يَحْيَى, أَحْيَى, scribunt. — Verbum شَوَى, et similia, quorum media littera و est, in Infntvo non شَوْىٌ, sed شَىٌّ habet (§ 13). — Verbi قَوِىَ Infntvs قُوَّةٌ est.

De verbo dupliciter imperfecto et primâ et ultimâ litterâ semivocali.

110. Sunt verba *dupliciter imperfecta*, quae, praeterquam quòd ultima littera و vel ى est, simul primam litteram semivocalem habent. Veluti verbi وَدَى Imprfctm يَدِى est (§ 90 et

104), Issvs يَدِ, Cninctvs يَدِىَ, Imprtvs دِ (fem. دِى, pl. دُوا, fem. دِينَ, dual. دِيَا), Infntvs دِيَةٌ; verbi وَقَى (*cavere*) forma 8ʷᵃ اِتَّقَى (§ 89 et 108), Imprfctm يَتَّقِى, Imprtvs اِتَّقِ, Prtcpm مُتَّقٍ, Infntvs اِتِّقَآءٌ *q*; verbi وَجِىَ (*dolere*) Imprfctm يَوْجَى (§ 86 et 105), Imprtvs اِيجَ (§ 88 et 105), fem. اِيجَىْ, etc.

d. *De verbo imperfecto secundâ litterâ geminatâ.*

111. Multa verba imperfecta seu bilittera hoc pacto ad normam verbi perfecti seu trilitteri coniugantur, ut *posterior* eorum consonans, quum non minùs *secunda*, quàm *postrema* verbi littera sit, sola utriusque expleat vicem, ideoque aut simpliciter *duplicetur*, aut plane *geminetur*, adeo ut bis proferatur repetaturque. Ut *geminetur*, necesse est, in iis formis, in quibus, si verbum perfectum est, *media* consonans duplicatur, id est in formâ 2ᵈᵃ et 5ᵗᵃ. Sed tantummodo *duplicari* solet, quoties in reliquis formis, si verbum perfectum est, ultimam consonantem vocalis consequitur (nam consonans duplicari nequit, nisi inter duas vocales) et simul media consonans cum brevi tantùm pronuntiatur vocali; quae tunc, si prima consonans vocali caret, post hanc profertur, si non caret, plane omittitur. Quodsi autem in coniugatione verbi perfecti ultima consonans vocali caret, aut media (quod tamen in verbo personali non

---

q) Et, qunm haec 8ᵛᵃ forma potiùs a verbo primâ litterâ ت, quàm a primâ و, inclinata esse videretur, hinc novum in sermone exstitit verbum تَقَى, ab eoque Infinitivus تُقًى aliaeque nominum formae derivatae sunt. Conferatnr § 89.

accidit) cum longâ pronuntiatur vocali, rursùm *geminare* posteriorem litteram consuetum est.

112. *Paradigma formae primae verbi* activi.

Perfectum.

3.	قَمَّ	قَمَّتْ	قَمُّوا	قَمَمْنَ	قَمَّا	قَمَّتَا
2.	قَمَمْتَ	قَمَمْتِ	قَمَمْتُمْ	قَمَمْتُنَّ	قَمَمْتُمَا	
1.	قَمَمْتُ		قَمَمْنَا		. . . .	

Imperfectum.

3.	يَقُمُّ	تَقُمُّ	يَقُمُّونَ	يَقْمُمْنَ	يَقُمَّانِ	تَقُمَّانِ
2.	تَقُمُّ	تَقُمِّينَ	تَقُمُّونَ	تَقْمُمْنَ	تَقُمَّانِ	
1.	أَقُمُّ		نَقُمُّ		. . . .	

Aut يَقِمُّ (plur. fem. يَقْمِمْنَ), et ob litteram gutturralem saepe sicut يَقَحُّ (plur. fem. يَقْحَحْنَ).

Iussivus et *Coniunctivus.*

3.	يَقْمُمْ / يَقُمَّ	تَقْمُمْ / تَقُمَّ	يَقُمُّوا	يَقْمُمْنَ	يَقُمَّا	تَقُمَّا
2.	تَقْمُمْ / تَقُمَّ	تَقُمِّي	تَقُمُّوا	تَقْمُمْنَ	تَقُمَّا	
1.	أَقْمُمْ et أَقُمَّ		نَقْمُمْ et نَقُمَّ		. . . .	

Pariter يَقْمِمْ et يَقِمَّ, ac يَقْحَحْ et يَقَحَّ.

Forma parag. يَقُمَّنَّ, يَقِمَّنَّ, يَقَحَّنَّ; vel يَقُمَّنْ, يَقِمَّنْ, يَقَحَّنْ.

4.	اُقْمُمْ	قُمِّي	قُمُّوا	اُقْمُمْنَ	قُمَّا

Pariter اِقْمِمْ, et اِقْحَحْ; fem. قِمِّى, et قَحِّى, etc.
Forma parag.: قُمَّنَّ, قِمَّنَّ, قَحَّنَّ; vel قُمَّنْ, قِمَّنْ, قَحَّنْ.
Participium: قَامٌّ.
Infinitivus: قَمٌّ, قَمَمٌ, مَقَمٌّ, etc.

113. *Modi personales formae primae verbi* semiactivi.

Prfctm: قَمَّ, قَمِمْتَ, قَمِمْتَ, et sic porro.
Imprfctm: يَقَمُّ; rariùs يَقِمُّ.
Imprtvs: اِقْمَمْ; rariùs اِقْمِمْ.

114. *Modi personales formae primae verbi* neutrîus.

Prfctm: قَمَّ, قَمُمْتَ, قَمُمْتَ, et sic porro.
Imprfctm: يَقُمُّ.
Imprtvs: اُقْمُمْ.

115. *Paradigma primae formae* obiectivae.

Prfctm: قُمَّ, قُمِمْتَ, قُمِمْتَ, et sic porro.
Imprfctm: يُقَمُّ. *Issvs:* يُقْمَمْ. *Cninctvs:* يُقَمَّ.
Prtcpm: مَقْمُومٌ.

116. E *formis derivatis* 2da (قَمَّمَ) et 5ta (تَقَمَّمَ) plane perfectae sunt, excepto tantùm 2dae formae Infinitivo تَقِمَّةٌ: 9nam, 11mam, 12mam et 13tiam inusitatas esse puto: reliquarum praecipui modi sic se habent:

Modi personales.

Formae numerus.	*Formae subiectivae et reflexivae* Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	*Formae obiectivae* Perfectum.	Imperfect.
3tiae	[r] قَامّ	يُقَامّ	قَامِمْ	? قُومّ	يُقَامّ
4tae	أَقَمّ	يُقِمّ	أَقْمِمْ	أُقِمّ	يُقَمّ
6tae	[r] تَقَامّ	يَتَقَامّ	تَقَامَمْ	? تُقُومّ	يُتَقَامّ
7mae	اِنْقَمّ	يَنْقَمّ	اِنْقَمِمْ	أُنْقُمّ	يُنْقَمّ
8vae	اِقْتَمّ	يَقْتَمّ	اِقْتَمِمْ	أُقْتُمّ	يُقْتَمّ
10mae	اِسْتَقَمّ	يَسْتَقِمّ	اِسْتَقْمِمْ	أُسْتُقِمّ	يُسْتَقَمّ

Modorum autem impersonalium forma facilè ex analogiâ intelligitur.

117. Atqui verò in omnibus iis flexibus, in quibus, quum tertia consonans in coniugatione verbi perfecti vocali careat, posterior littera geminari solet (§ 111), interdum, sicut in linguâ vulgari, verbum manet bilitterum. Et tunc in Perfecto, ut tamen duplicari possit littera, diphthongus *ai* inseritur, mutuata a verbis ultimâ litterâ ى: itaque a قَمّ secunda persona non قَمَمْتَ, قَمْمْتَ vel قَمْمْتَ est, sed قَمَيْتَ (ex aliâ dialecto cum longo *â* قَمَّاتَ). Vel et, quum duplicatio litterae, si vocalis non sequitur, audiri nequeat, ea prorsùs negligitur. Sic a قَمّ inclinatur, si verbum activum est, non قَمْمْتَ, sed قَمْتَ; si

r) Forma 3tia et 6ta etiam, geminatâ consonante posteriore, sicut verba perfecta flectuntur: et vero in Prfcto formae obiectivae duplicatâ consonante قُومّ et تُقُومّ dicere, haud permittere videtur linguae analogia.

semiactivum, non قَمِمْتَ, sed قِمْتَ; et sic porro. Atque haec duplicationis omissio etiam locum habet in plurali feminino Imperfecti ceterorumque modorum cognatorum, ut non يَقْمُمْنَ, يَقْمِمْنَ et يَقْمَمْنَ, sed يَقْمُنَ, يَقِمْنَ et يَقَمْنَ dicatur; pariterque in Imperatîvo قُمْنَ, قِمْنَ et قَمْنَ. Sed in iis Iussivi personis, quae nullâ in fine auctae sunt terminatione, potiùs Coniunctivi forma adhibetur: quippe etiam in ceteris personis nullum inter hos duos modos discrimen est. Vel ita certe litterae duplicatio servatur, ut post illam, quo duplicatio audiri queat, raptim brevis efferatur vocalis, et quidem brevissimum ĕ, quod Kèsrâ, vel etiam, quando Zhamma antecedit, brevissimum ŭ, quod Zhammâ, scribendum est. Dicitur ergo in Iussivo aut يَقُمَّ, يَقِمَّ et يَقَمَّ, perinde ac in Coniunctivo; aut يَقُمِّ, يَقِمِّ et يَقَمِّ; et verò pro يَقُمِّ etiam يَقُمُّ (quod in pronuntiatione fortasse aliquantùm, sed in scripturâ nihil differt ab Imperfecto): in Imperativo, qui semper 2dam personam Iussivi sequitur, قِمَّ, قُمَّ et قَمَّ, aut قُمِّ, vel et قُمُّ, قِمِّ et قَمِّ. — Si pronomen annectitur, ea potissimùm diligitur vocalis, quae sono convenit cum vocali pronominis. Itaque in Imperativo exempli causâ dicitur potiùs قُمَّهَا, quàm قُمُّهَا vel قُمِّهَا; contrà قُمُّهُ, et قُمِّنِي.

118. Peculiaris autem ab hoc verborum genere derivatur forma per geminationem utriusque verbi bilitteri consonantis, ita ut a قَمَّ fiat قَمْقَمَ. *Forma* haec *geminata* seu *duplicata* vulgò verbis quadrilitteris accensetur, et perinde ac reliqua verba quadrilittera flectitur (§ 83). Significatio autem convenit cum sono: nam repetitionem, iterationem, agitationem, vacillatio-

nem, aut simile quiddam, denotat. Veluti غَرْغَرَ *gargarizare*, وَسْوَسَ *susurrare* significat; زَلْزَلَ *commovere* terram, a زَلَّ *vacillare*. — Nonnulla tamen huius formae verba fortasse rectiùs a verbis imperfectis mediâ litterâ و vel ى derivata esse censentur; ut طَلْطَلَ *proiicere*, a طَالَ *longum, porrectum esse.*

119. Coniugationem verborum, quae secundam litteram geminatam habent, sequi quoque possunt ea, quorum non tantùm ultima, sed etiam media littera ى est; ut حَيِيَ. Dicitur tunc حَيَّ, fem. حَيَّتْ; in Imprfcto يَحْيَا. Sed in sola formâ 1mâ haec coniugandi ratio locum habet. In 10mâ tamen formâ ab hoc verbo حَيِيَ vel حَيَّ (*vivere*) praeter اِسْتَحْيَا non quidem اِسْتَحَيَّ, sed, quod medium inter utrumque est, اِسْتَحَى usitatum est, in Imprfcto يَسْتَحِى, in Imprtvo اِسْتَحِ.

e. *De verbo imperfecto primâ litterâ* ا.

120. In verbis, quae pro primâ, secundâ vel tertiâ consonante litteram ا acceperunt, hoc in primis animadvertendum est, quòd, quum ad normam verbi trilitteri coniugentur, spiritus lenis in aliis flexibus consonantis vicem obire nequit, in aliis ob certas rationes in sonum semivocalem و vel ى mutatur; prout ex iis consequitur, quae superiùs de elementis et scripturâ agentes iam explicuimus. Quae praeterea hoc verborum genus singularia habet, admodum pauca sunt.

121. Si prima verbi littera ا est, in *primâ formâ* exempli causâ ab activo أَدَمَ, vel semiactivo أَدِمَ, vel neutro أَدُمَ, *Imprfctm* يَأْدُمُ, يَأْدِمُ vel يَأْدَمُ est; in 1mâ pers. sing. آدُمُ, آدِمُ vel آدَمُ (§ 7),

aut, quae consuetior scribendi ratio est, آدَمَ, آدُمَ vel آدِمَ (§ 33); *Imprtvs* أُؤْدُمْ, اُدُمْ vel اِئْدُمْ (§ 24), *Prtcpm* آدِمٌ. Sed tria verba أَخَذَ, أَكَلَ et أَمَرَ in Imprtvo vulgò habent خُذْ, كُلْ et مُرْ, pro أُؤْخُذْ, أُؤْكُلْ et أُؤْمُرْ (§ 45). Propria tamen forma restitui solet, si coniunctio وَ vel فَ praefigitur: nam hoc in casu plerumque dicitur et scribitur, ut hoc utar, فَأْخُذْ *ac prehende*. — Primae *formae obiectivae Perfectum* أُدِمَ, *Imperfectum* يُؤْدَمُ, est (§ 24); et prima huius persona أُؤْدَمُ, vel, prout alii scribere solent, cum و sine Hamzâ, أُودَمُ (§ 29).

122. *Paradigma formarum derivatarum usitatiorum.*

Formae *numerus.*	*Formae subiectivae et reflexivae* Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	*Formae obiectivae* Perfectum.	Imperfect.
2dae	أَدَّمَ	يُؤَدِّمُ	أَدِّمْ	أُدِّمَ	يُؤَدَّمُ
3tiae	آدَمَ	يُؤَادِمُ	آدِمْ	أُودِمَ	يُؤَادَمُ
4tae	آدَمَ	يُؤْدِمُ	آدِمْ	أُودِمَ	يُؤْدَمُ
5tae	تَأَدَّمَ	يَتَأَدَّمُ	تَأَدَّمْ	تُؤُدِّمَ	يُتَأَدَّمُ
6tae	تَآدَمَ vel تَوَادَمَ s)	يَتَآدَمُ vel يَتَوَادَمُ	تَآدَمْ vel تَوَادَمْ	تُوُودِمَ	يُتَآدَمُ vel يُتَوَادَمُ
7mae	اِنْأَدَمَ	يَنْأَدِمُ	اِنْأَدِمْ	اُنْؤُدِمَ	يُنْأَدَمُ
8vae	اِئْتَدَمَ	يَأْتَدِمُ	اِئْتَدِمْ	اُوتُدِمَ	يُؤْتَدَمُ
10ae	اِسْتَأْدَمَ	يَسْتَأْدِمُ	اِسْتَأْدِمْ	اُسْتُؤْدِمَ	يُسْتَأْدَمُ

---

s) Ita in formâ 6tâ frequenter تَوَادَمَ pro تَآدَمَ effertur, pro spiritu leni, ut duae vocales *a* seiungantur, litterâ semivocali و pronuntiatâ, si qui-

Modorum impersonalium forma ex analogiâ intelligitur. Veluti Participium 4tae formae مُوْدِمٌ, Infinitivus اِئْدَامٌ est.

123. In 8vâ formâ a verbo أَخَذَ, sicut a verbis primâ litterâ و vel ى, pro اِئْتَخَذَ proferri solet اِتَّخَذَ, in Imprfcto يَتَّخِذُ, etc. Interdum quoque sic in hac formâ pronuntiantur verba أَزَرَ et أَجَرَ. — Tum ex اِتَّخَذَ denuo exstitit novum 1ae formae verbum perfectum trilitterum تَخِذَ. Conferatur § 89.

De verbo dupliciter imperfecto primâ litterâ ا
et mediâ semivocali.

124. Sufficiunt pauca exempla. Veluti, si verbum mediâ litterâ و et activum vel neutrum est, 1mae formae *Prfctm* est sicut آمَ, آمْتَ, أُمْتَ, etc.; *Imprfctm* يَؤُومُ; *Iussvs* يَؤُمْ; *Imprtvs* أُمْ, أُومِى, etc. — Mediâ litterâ ى *Imprfctm* يَئِيمُ est. — In formâ 4tâ *Prfctm* أَآمَ est, *Imprfctm* يُئِيمُ. Pariter *formae obiectivae Prfctm* أُئِيمَ, sed Imprfctm scriptum offendi يُآمُ, litterâ semivocali spiritui leni non substitutâ.

---

dem etiam in aliis flexibus spiritus lenis sponte suâ in hunc sonum semivocalem mutatur; veluti in Imprfcto formae 2dae in يُوَدِّمُ. Cf. § 16, 1o. Quum autem reflexiva forma 6ta derivata sit a 3tiâ, ideo etiam in hac pro آدَمَ interdum وَادَمَ dicitur, et hoc magis, quòd etiam in Imprfcto huius formae يُوَادِمُ sponte suâ semivocalis illa littera ob praecedentem Zhammam profertur.

De verbo dupliciter imperfecto primâ litterâ ا
et ultimâ semivocali.

125. Exempli causâ verbi أَدَّى *Imprfctm* يُؤَدِّي est, *Imprtvs* أَدِّ, *Prtcpm* آدٍ; *formae* 4tae *Prfctm* آدَى, *Imprfctm* يُؤْدِي. — Verbi أَتَى (*venire*) Imprtvs non tantùm اِئْتِ, sed etiam تِ est; cum coniunctione فَأْتِ (§ 121).

De verbo dupliciter imperfecto primâ litterâ ا
et secundâ geminatâ.

126. Etiam in verbis huius generis, quum sicut reliqua secundâ litterâ geminatâ flectantur, littera ا solitas patitur mutationes. Velut ab أَمَّ Imprfctm cum Zhammâ يَؤُمُّ, cum Kèsrâ يَئِمُّ est.

f. *De verbo imperfecto mediâ litterâ* ا.

127. In 1mâ formâ *Prfctm* quidem, si verbum activum est, ut قَأَمَ, sed, si semiactivum, ut قَئِمَ, si neutrum, ut قَؤُمَ scribitur; pariter *Imprfctm* يَقْؤُمُ, يَقْئِمُ vel يَقْأَمُ; ac proinde *Imprtvs* اُقْؤُمْ, اِقْئِمْ vel اِقْأَمْ. Sed pro يَقْأَمُ et اِقْأَمْ etiam sine ا scribitur يَقَمُ et اِقَمْ, vel ex aliorum consuetudine يَقَمُ et اِقَمْ (§ 24): causaque esse videtur, quòd in mediâ voce spiritus lenis, si consonans vocali carens praecedit, in celeriore pronuntiatione facilè obscuratur, adeo ut pro *jak-a-mu* in sermone vulgari *ja-ka-mu* pronuntietnr (§ 21). Et verò Imprtvs frequentissimi verbi سَأَلَ (*rogare*) etiam in libris, qui ab eruditis scripti sunt,

plerumque non سْأَلْ, sive اِسْأَلْ vel اِسْئَلْ, sed سَلْ est (pro سْأَلْ secundùm § 45, collatis § 121 et 125). — *Prtcpm* قَائِمٌ est, *Infntvs* قَأْمٌ, قُؤُومٌ, قَئِمٌ, قُؤَامٌ et sic porro. — *Formae* 1ae *obiectivae* Prfctm قُئِمَ, Imprfctm يُقْأَمُ (sive يُقَامُ vel يُقْئَمُ), Prtcpm مَقْؤُومٌ (§ 27) est. — *Formae derivatae* quomodo se habeant, sequens docebit earum, quae usitatiores sunt, in praecipuis modis coniugationis exemplum.

128. *Paradigma formarum derivatarum usitatiorum.*

Formae *numerus.*	*Formae subiectivae et reflexivae*			*Formae obiectivae.*	
	Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	Perfectum.	Imperfect.
2dae	قَأَّمَ	يُقَئِّمُ	قَئِّمْ	قُئِّمَ	يُقَأَّمُ
3tiae	قَاءَمَ	يُقَائِمُ	قَائِمْ	قُوئِمَ	يُقَاءَمُ
4tae	أَقْأَمَ	يُقْئِمُ	أَقْئِمْ	أُقْئِمَ	يُقْأَمُ
5tae	تَقَأَّمَ	يَتَقَأَّمُ	تَقَأَّمْ	تُقُئِّمَ	يُتَقَأَّمُ
6tae	تَقَاءَمَ	يَتَقَاءَمُ	تَقَاءَمْ	تُقُوئِمَ	يُتَقَاءَمُ
7mae	اِنْقَأَمَ	يَنْقَئِمُ	اِنْقَئِمْ	اُنْقُئِمَ	يُنْقَأَمُ
8vae	اِقْتَأَمَ	يَقْتَئِمُ	اِقْتَئِمْ	اُقْتُئِمَ	يُقْتَأَمُ
10ae	اِسْتَقْأَمَ	يَسْتَقْئِمُ	اِسْتَقْئِمْ	اُسْتُقْئِمَ	يُسْتَقْأَمُ

Exempla modorum impersonalium addere non opus esse videtur.

129. Quia verò in plerisque formae 2dae et 3tiae modis أ in ى mutatur, ideo in Prfcto quoque قَيَّمَ et قَايَمَ dicitur pro قَأَّمَ et قَاءَمَ.

130. Tum et hoc verborum genus interdum, spiritu leni

in mediâ voce obscurato, eodem plane modo coniugatur, ac verba mediâ litterâ semivocali. Veluti in Prfcto 1mae formae pro سَأَلَ dicitur سَالَ, in Imprfcto يَسَالُ, in Issvo يَسَلْ; in Prfcto 8vae اِسْتَالَ, in Imprfcto يَسْتَالُ. Et verò etiam in 6tâ تَسَاوَلَ offenditur pro تَسَآءَلَ.

De verbo dupliciter imperfecto primâ litterâ semivocali et mediâ ا.

131, Exempli causâ a وَأَرَ *Imprfctm* cum Kesrâ يَئِرُ est. Sed يَئِسَ in *Imprfcto* يَيْأَسُ habet, et ex aliâ dialecto etiam يَاءَسُ, atque يِيأَسُ; in *Imprtvo* اِيأَسْ (§ 93): sic enim scriptum inveni cum litterâ ا, quamvis vocalis *i* antecedat. Conferatur § 124.

De verbo dupliciter imperfecto mediâ litterâ ا *et ultimâ semivocali.*

132. Tale est نَأَى, quod in *Imprfcto* يَنْأَى, in *Imprtvo* اِنْأَ habet. Sed frequentissimo usu tritum verbum رَأَى (*videre*) hoc singulare habet, quòd in Imprfcto et in reliquis modis cognatis formae 1mae, atque in totâ formâ 4tâ, quum consonans vocali carens praecedat, spiritus lenis etiam in linguâ scriptorum penitùs obscuratur. *Imprfctm* igitur est يَرَى (pro يَرْأَى sive يَرْءَى), *Issvs* يَرَ, *Imprtvs* رَ (fem. رَيْ, pl. رَوْا etc.); *formae obiectivae* Prfctm quidem رُئِيَ, sed *Imprfctm* يُرَى; in formâ 4tâ *Prfctm* أَرَى, *Imprfctm* يُرِى, *Imprtvs* أَرِ, *Prtcpm* مُرٍ. — In 4tâ formâ omnia huius generis verba sic efferre quidam grammatici licitum esse autumant.

133. *Verbum mediâ litterâ ا ac primâ simul et ultimâ semivocali* est وَأَى (*promittere*). Sed in hoc media littera ا non mutatur. *Imprfctm* est يَأَى (in 1mâ pers. أَأَى, in 3tiâ pl. يَأَوْنَ), *Issvs* يَا (in 1mâ pers. أَا), *Imprtvs* ا (fem. اِى, pl. أَوا). Attamen scriptum quoque offendi in *Imprfcto* يَئِى, in *Issvo* يَئِي.

g. *De verbo imperfecto ultimâ litterâ ا.*

134. In 1mâ formâ *Prfctm*, si verbum activum, ut قَدَأَ est (plur. قَدَوًا vel قَدَوُوا), si semiactivum, ut قَدِىَّ (plur. قَدِئُوا, vel et قَدِوًا), si neutrum, ut قَدُوَّ; *Imprfctm* يَقْدُو, يَقْدِىَّ aut يَقْدَأَ (vel يَقْدَوُ); *Imprtvs* اُقْدُو, اِقْدِىَّ aut اِقْدَأَ; *Prtcpm* قَادِىَّ, *Infntvs* قَدْءُ etc.; formae obiectivae *Prfctm* قُدِىَّ, *Imprfctm* يُقْدَأَ (vel يُقْدَوُ).

135. *Paradigma formarum derivatarum usitatiorum.*

Formae numerus.	Formae subiectivae et reflexivae			Formae obiectivae	
	Perfectum.	Imperfect.	Imperat.	Perfectum.	Imperfect.
2da	قَدَّأَ	يُقَدِّى	قَدِّى	قُدِّى	يُقَدَّأُ
3tia	قَادَأَ	يُقَادِى	قَادِى	قُودِى	يُقَادَأُ
4tae	أَقْدَأَ	يُقْدِى	أَقْدِى	أُقْدِى	يُقْدَأُ
5ta	تَقَدَّأَ	يَتَقَدَّأُ	تَقَدَّأُ	تُقُدِّى	يُتَقَدَّأُ
6ta	تَقَادَأَ	يَتَقَادَأُ	تَقَادَأُ	تُقُودِى	يُتَقَادَأُ
7ma	اِنْقَدَأَ	يَنْقَدِى	اِنْقَدِى	اُنْقُدِى	يُنْقَدَأُ
8va	اِقْتَدَأَ	يَقْتَدِى	اِقْتَدِى	اُقْتُدِى	يُقْتَدَأُ
10ma	اِسْتَقْدَأَ	يَسْتَقْدِى	اِسْتَقْدِى	اُسْتُقْدِى	يُسْتَقْدَأُ

Eâdem ratione modi impersonales formantur.

136. Animadvertendum denique est, haec verba, quum in plerisque flexibus, ut in sermone vulgari proferuntur, non differant a verbis ultimâ و vel ى, etiam in linguâ eruditorum interdum tanquam huiusce generis verba coniugari.

De verbo dupliciter imperfecto primâ litterâ semivocali et ultimâ ا.

137. Huius generis exempli causâ est وَذَأَ, quod in *Imprfcto* يَذَأُ habet, in *Imprtvo* ذَأْ, sed a وَطِئَ *Imprfctm* يَطَأُ, *Imprtvs* طَأْ; et a وَضُؤَ, *Imprfctm* يَوْضُؤُ, *Imprtvs* أُوضُؤْ est.

De verbo dupliciter imperfecto mediâ litterâ semivocali et ultimâ ا.

138. Si verbum mediâ و et activum vel neutrum est, *Prfctm* est, ut قَآءَ, قَآءْتَ, قُوتَ, et sic porro; 3tia pers. pl. masc. قَاؤُوا (sive قَاؤُا); *Imprfctm* يَقُوءُ, *Imprtvs* قُوءْ: si mediâ ى et activum, *Prfctm* ut قَآءَ, قَآءْتَ, قِئْتَ, etc.; *Imprfctm* يَقِيءُ, *Imprtvs* قِيءْ: si verbum semiactivum, *Prfctm* itidem, ut قَآءَ, قَآءْتَ, قِئْتَ, etc.; sed *Imprfctm* يَقَآءُ, *Imprtvs* قَأْ; formae obiectivae *Prfctm* قِيءَ, *Imprfctm* يُقَآءُ, *Issvs* يُقَأْ: formae 4tae *Prfctm* أَقَآءَ, أَقَآءْتَ, أَقَأْتَ, etc.; *Imprfctm* يُقِيءُ, *Imprtvs* أَقِئْ. — Pariter in ceteris formis.

139. *Verbum mediâ litterâ* و *ac primâ simul et ultimâ* ا est آءَ, آءْتَ, أُوتَ, etc.; pl. آؤُوا (sive آؤُا); *Imprfctm* يَأُوءُ pl. (يَأُؤُونَ); *Imprtvs* أُوءْ, fem. أُوءِى, pl. أُوؤُوا, etc.

3. *De verbo personali ex nomine ficto.*

140. Si quod nomen in casu recto vel obliquo solum, vel duntaxat cum complemento quodam suo, enuntiationem constituit, siquidem subiectum vel praedicatum, quia indefinitum est, non exprimitur; Arabum sermo casûs terminationi substituere solet terminationem 3tiae pers. sing. masculinae Perfecti. Sic enim nomen nactum est vim verbi, in 3tiâ pers. sing. masculinâ impersonaliter, ut dici solet, usurpati, et quidem in Perfecto: nam sponte suâ ei tunc accedit notio impersonalis verbi *est*, et Perfectum aliquid *esse* in linguâ Arabicâ denotat. Sic a nomine رُبٌّ *multitudo*, *multum*, factum est verbum رُبَّ *multitudo*, sive *multum*, *est*, verbi causâ hominum; quemadmodum Galli dicunt *il y a beaucoup d'hommes:* a سَوْفٌ *finis*, *exitus*, سَوْفَ *finis*, *exitus est;* sive *futurum est*, *eveniet*, *μέλλει*· et verò etiam a duali شَتَّانِ, *duae diversae res* vel *personae*, شَتَّانَ *diversi quiddam*, sive *diversi generis diversaeve naturae*, *est*. Pariter ab حُسْنٌ, *pulchritudo*, حُسْنًا in casu obliquo sensum adverbii habet et *pulchrè* significat; sed cum terminatione et vi verbi حُسْنَ valet *pulchrum*, sive *pulchre*, *est!*

141. Sed in primis frequenter sic verbum e nomine fingitur in enutiatione negativâ praemissâ particulâ لَا *non*, si valet *non est*. Sic a رَيْبٌ *dubitatio*, *dubium*, fit لَا رَيْبَ *non dubium est;* a بُدٌّ *separatio*, *semotio*, لَا بُدَّ *non semoveri potest*, *inevitabile est*, *non aliter fieri potest*.

142. Talia autem verba ex nomine ficta, licet ut plurimum impersonaliter usurpentur, tamen etiam, perinde ut alia verba

in Perfecto, coniugari coepta sunt. Sic a نِعْمٌ, *gratia, iucunditas*, et a بُؤْسٌ *turpitudo*, vel potiùs ab iisdem nominibus in casu obliquo cum vi adverbii, facta sunt نِعْمَ et بِئْسَ: sed dicitur quoque in feminino نِعْمَتْ et بِئْسَتْ; nonnunquam etiam in plurali نِعْمُوا, atque in duali نِعْمَا. — Haec duo verba, quae in exclamatione tantùm usurpantur, a grammaticis *verba laudis* et *vituperii* nuncupari solent. Accensentur iis etiam pauca alia, quorum similis usus est; ut حَسُنَ (§ 140).

143. Simile est *verbum negandi* لَيْسَ *non est*, quod compositum est ex particulâ negativâ لَا et vocabulo, quod in linguâ Hebraeâ pari modo tanquam verbum usurpatur, יֵשׁ *est.* Hoc autem per omnes Perfecti personas flectitur, sicut verbum mediâ litterâ ى, in hunc modum:

3.	لَيْسَ	لَيْسَتْ	لَيْسُوا	لَسْنَ	لَيْسَا	لَيْسَتَا
2.	لَسْتَ	لَسْتِ	لَسْتُمْ	لَسْتُنَّ	لَسْتُمَا	
1.	لَسْتُ		لَسْنَا		. . . .	

144. Potest quoque adverbium, sive nomen in casu obliquo cum vi adverbii, in exclamatione sensum Imperativi accipere. Sic ab adverbio, sive nomine diminutivo in casu obliquo, رُوَيْدًا *lente* (vernaculum *zachtjes*) factum est cum sensu Imperativi, sed absque generis numerique discrimine, رُوَيْدَ *lente age!* seu *lente tracta!* vel *inhibe!* Manetque ex terminatione casûs obliqui vocalis *a*, sed correpta. — Tale fortasse etiam est هَلُمَّ *huc*, quod in exclamatione valet *huc accede!* vel *huc fer!* Hoc autem diversas quoque generis numerique (quamquam non in

omnibus dialectis) assumit terminationes, atque adeo tanquam Imperativus verbi activi ultimâ litterâ geminatâ (§ 112 et 117) in feminino هَلُمِّي habet, in plur. هَلُمُّوا, fem. هَلْمُمْنَ, in duali هَلُمَّا. Tum et in formâ paragogicâ dicitur هَلُمَّنَّ, هَلُمَّنْ, etc. Et verò etiam Imperfectum inde derivatum offenditur: يَهَلُمُّ *accidet*. Denique novum quoque verbum quadrilitterum hinc fictum est, sed cum significatione primae formae quadrilitterae, perinde ut secundae verbi trilitteri, propriâ: هَلْمَمَ *accedere iussit*. — Alii tamen هَلُمَّ proprie compositum esse putant ex correptâ interiectione هَا *heus! age!* et لُمَّ, Imperativo verbi لَمَّ *accessit*.

145. Postremò a verbis trilitteris derivatum nomen formae قَذَامٌ, proprie Infinitivi vel nominis adiectivi sensum habens, abiectâ terminatione nominis substitutâque brevi Kèsrâ, in exclamatione sensu Imperativi sine discrimine generis numerique usurpatur: veluti حَذَارِ proprie *cavere!* sive *cautionem!* vel *caute!* id est *cave tibi!* vel *cavete vobis!* Offenditur quoque cum Kèsrâ in primâ syllabâ قِذَامِ: quod tamen non omnes grammatici probant. — Atque forma illa قَذَامِ etiam usurpatur in alloquutione, ut exclamando graviter notetur personae actio qualitasve, ut يَا فَجَارِ *ó scelus!* vel *ó scelerate!* sive *ó scelerata!*

C. De nomine.

1. *De formâ nominum.*

146. Non est opus hîc dicere de *nominibus peregrinis*, nec de iis, quae *de sono ficta* aut prorsùs *ignotae originis* sunt.

Nihil quoque dicimus de formâ *nominis proprii.* De eo tantùm hîc agimus nomine, quod cum verbo ex eâdem stirpe natum est ideoque *nomen verbale* nuncupatur, aut ab alio nomine inclinatum est et *denominativum* dicitur. — Et quum *nomen verbale* cum verbo hoc in formâ commune habeat, quod aut perfectum sive trilitterum, aut plurilitterum, aut imperfectum sive bilitterum sit; hîc nos satis facturos esse putamus, si praecipue quidem spectamus diversas formas nominis verbalis *trilitteri*, per exempla autem, si opus esse videtur, significamus, quomodo se habeant, si inclinentur a verbo *plurilittero bilitterove.*

147. *Nominum abstractorum* formae sunt eaedem illae, quibus Infinitivum proferri suprà vidimus; quas igitur hîc repetere nihil opus est. Quum nomen abstractum actionis, affectionis, conditionis, qualitatisve, quae verbo significetur, appellatio sit, ideo a grammaticis Arabicis nomine a solo verbo *activo* desumto *nomen actionis* vocatur.

148. *Nominum concretorum* plurima genera sunt, de quibus singulatim dicendum est. — Primò enim *nomen loci* aut *temporis*, in quo fit vel est, quod verbo significatur, a *primâ verbi formâ* derivatum, formae مَقْدَمٌ vel مَقْدِمٌ esse solet, rariùs cum terminatione femininâ مَقْدَمَةٌ vel مَقْدِمَةٌ, et nonnunquam مَقْدُمَةٌ. A verbis primâ litterâ و non tantùm ut مَوْدِمٌ, sed etiam ut مِيدَامٌ, profertur; a verbis mediâ و ut مَقَامٌ et مَقَامَةٌ, mediâ ى ut مَقِيمٌ; ultimâ semivocali ut مَقْدًى et مَقْدَاةٌ. A *reliquis verbi formis* inclinatum non differt a Participio obiectivo: ut مُلْتَقًى *locus, ubi convenitur*, ab 8vâ formâ verbi لَقِىَ. — A *no-*

mine derivatum nomen loci formae مَفْعَلَةٌ esse solet, ac *nomen abundantiae* vel *copiae* nuncupatur: ut مَذْأَبَةٌ *locus lupis refertus*, a ذِئْبٌ *lupus*. Si nomen *quadrilitterum* est, aut una littera supprimitur, ut مَعْقَرَةٌ *locus scorpionibus abundans*, ab عَقْرَبٌ; aut formâ Participii dicitur مُعَقْرِبٌ, vel feminine مُعَقْرِبَةٌ, *scorpiones ferens* tractus vel terra.

149. *A nomine* derivatum *nomen vasis*, in quo aliquid est, similem habet formam مِقْعَلٌ, مِقْعَالٌ, مِقْعَلَةٌ, et nonnunquam مُقْعُلٌ vel مُقْعُلَةٌ: ut مِثْبَارٌ *acuum theca*, ab إِبْرَةٌ *acus*. — *A verbo* inclinatae eaedem formae, itemque, sed rarò, formae مِقْعَلٌ et مِقْعِيلٌ, significant id, in quo vel per quod aliquid fit, et hoc in casu *nomina instrumenti* dicuntur: ut مِيزَانٌ *instrumentum librandi*, *bilanx*, a وَزَنَ *librare*; مِرْقَاةٌ *scala*, a رَقِيَ *adscendit*, مِدَقٌّ, مِدَقَّةٌ et مُدُقٌّ *instrumentum*, *quo aliquid contunditur*, a دَقَّ. — Usurpantur autem hae formae, saltem formae مِقْعَلٌ, مِقْعَالٌ, مِقْعَلَةٌ et مِقْعِيلٌ, etiam significanter de *personâ*, *in quâ copiose aut abundanter est* vel *per quam copiose aut multum fit*, quod verbo designatur; ut مِقْدَامٌ *plenus audaciae in aggrediendo homo*, a قَدَمَ vel قَدُمَ *valde animosum in aggrediendo esse.*

150. Tum nominibus concretis accensendae sunt omnes illae, quae a singulis verborum formis inclinantur, nominum formae, *Participia* dictae, quando rei aut personae *attibutum* aut *praedicatum* designantes non secùs, quàm verbum personale, modum quendam significant; sed quae etiam ad *rem* aut *personam*, tali attributo praeditam, significandam adhibentur, ac tunc *substantiva* dicuntur. Hae autem formae, iam suprà in doctrinâ

verborum exhibitae, ab Arabicis grammaticis *nomina agentis* et *patientis* appellantur.

151. A primâ autem formâ verbi, praesertim neutrîus et semiactivi, complures aliae inclinantur nominum concretorum formae, sed quae, si *attributum* significant, *adiectiva* dicuntur. Atque etiam haec saepe nominum *substantivorum* habent vim, quum *rem* aut *personam* designent tali attributo praeditam. Earum formarum praecipuae sunt قَدْمٌ, قَدَمٌ, قَدِمٌ, قَدِيمٌ, قِدْمٌ, قُدْمٌ, قُدُومٌ, قَدَامٌ, قُدَامٌ, et cum terminatione قَدْمَانُ vel قِدْمَانٌ et قُدْمَانٌ. — Nomen formae قَيْدِمٌ, dirivatum a verbo mediâ litterâ semivocali, profertur ut مَيِّتٌ vel مَيْتٌ *mortuus*, a مَاتَ (mediâ و), et a verbo ultimâ semicocali ut عَمٍ (pro *'amiun*) *coecus*, ab عَمِيَ *coecum esse.*

152. Peculiarem vim habet forma أَقْدَمُ, eandem fere, ac 9na verborum forma: adhibetur enim ad significandam *qualitatem conspicuam* et *insignem* (§ 78). Pariter igitur, ac 9na illa forma, ab iis verbis inclinatur, quae *colorem* aut *deformitatem* significant, ut أَصْفَرُ *flavus*, أَعْوَجُ *curvitate deformis*, أَحْمَقُ *stultus*, أَعْمَى *coecus.* — Sed usus eius multò latiùs patet. Nam a plerisque ceteris verbis inclinatur, ac tunc eo, quod verbo significatur, *conspicuum* vel *insignem* denotat, et in iis casibus usurpatur, in quibus nos *comparativo* aut *superlativo* adiectivorum gradu utimur. Veluti أَقْدَمُ *audaciâ in aggrediendo conspicuus* vel *insignis* (id est in comparatione cum aliis *audacior* vel *audacissimus*), et hinc, vi nominis substantivi, *leo;* أَشَدُّ *vehementior* vel *vehementissimus;* آخَرُ (pro أَأْخَرُ) *alter* et *alius*, proprie *posterior.* — Haec forma *intensiva* a nonnullis dicitur.

153. Derivantur quoque a primâ verbi formâ nomina, quae ad *augendam* significationem mediam litteram geminatam habent (coll. § 76). Praecipuae formae sunt قَدَّامٌ , قُدَّامٌ , قِدِّيمٌ et قَدَّمٌ: veluti سَقَّآءٌ *pocillator*, a سَقَى *potum dedit*. — In aliis media littera non duplicata, sed alia in eundem finem inserta est (§ 66). Sic صَيْرَفٌ, perinde ut صَرَّافٌ, *nummularium* significat.

154. Est Arabibus *forma* nominum *deminutiva*, quae, si nomen *trilitterum* est, formae قُدَيْمٌ (vel قُدَيِّمٌ) esse solet, quaecunque vocales sunt nominis, a quo fingitur; veluti رُجَيْلٌ a رَجُلٌ *vir*. Sed, si nomen aliquâ auctum est terminatione, haec conservari solet; ut سُكَيْرَانُ a سَكْرَانُ , قُلَيْعَةٌ a قَلْعَةٌ , حُبَيْلَى ab حَبْلَى , حُمَيْرَآءُ ab حَمْرَآءُ; et verò additur terminatio feminina, si nomen absque terminatione femininâ tamen feminini generis est; ut شُمَيْسَةٌ a شَمْسٌ. — Eandem formam imitantur nomina *imperfecta*: ut بُوَيْبٌ a بَابٌ , بُيَيْتٌ vel بُوَيْتٌ a بَيْتٌ , عُصَىٌّ ab عَصًا , أُبَىٌّ ab أَبٌ , بُنَىٌّ ab ٱبْنٌ (a verbo بَنَى) , حُيَيَّةٌ ab حَيَّةٌ , شُيَىٌّ vel شُوَيٌّ a شَىْءٌ , خُوَيْصٌ a خَاصٌّ.

155. Si nomen praeter terminationem *quatuor* litteras consonantes habet, forma deminutiva est, ut أُقَيْدِمُ ab أَقْدَمُ , et زُعَيْفِرَانٌ a زَعْفَرَانٌ ; aut, si nomen ante ultimam consonantem vocalem longam habet, ut مُفَيْتِيحٌ a مِفْتَاحٌ , et قُدَيْدِيمٌ vel قُدَيْدِيمَةٌ a قُدَّامٌ. Derivatorum a verbo *imperfecto* exempla sint: أُبَيِّضُ ab أَبْيَضُ , أُسَيِّدُ vel أُسَيْوِدُ ab أَسْوَدُ , مُوَيْزِينٌ a مِيزَانٌ (a verbo وَزَنَ) , et مُيَيْسِرٌ a مُوسِرٌ (a verbo يَسَرَ).

156. Atqui quadrilitteram formam diminutivam adsciscunt non tantùm quaedam nomina a verbo *trilittero* derivata cum

terminatione ـَانٌ (ut سُلَيْطِينٌ a سُلْطَانٌ), sed etiam illa nomina verè trilittera, quae in primâ vel secundâ syllabâ vocalem longam habent. Haec enim pro quartâ litterâ in deminutivo obtinent semivocalem: ut فُوَيْرِسٌ a فَارِسٌ, ظُلَيِّمٌ a ظَلِيمٌ, جُلَيِّسٌ a جُلُوسٌ, جُمَيْعَةٌ a جَمَاعَةٌ. Fit hoc, ut discerni queat, a quo nomine trilittero diminutivum inclinatum sit.

157. Ab omni nomine per annexam *terminationem denominativam* ـِيٌّ derivari potest aliud nomen (adiectivum vel substantivum), quo significetur rei vel personae *natura qualitasve*, ob quam ab eo, quod nomen illud designat, *denominari* potest; veluti, unde orta vel facta sit, aut ad quid pertineat: ut جَوِّيٌّ *aërius*, a جَوٌّ *aër*, أَرْضِيٌّ *terrestris* sive *terrenus*, ab أَرْضٌ *terra* t. — Si nomen terminationem femininam ـَةٌ (vel ـَاةٌ) habet, ea in denominativo negligitur; ut مَكِّيٌّ *Meccanus*, a مَكَّةُ *Mecca*. — Et, quando ultima nominis aut terminationem femininam antecedens vocalis *i* est, haec cum terminatione annexâ coalescit: ut مُسْتَكْفِيٌّ a nomine proprio اَلْمُسْتَكْفِى, أَفْرِيقِيٌّ ab أَفْرِيقِيَةُ u.

---

t) Rara, et Syriaca potiùs, quàm Arabica, est terminatio ـَانِيٌّ; ut جَسَدِيٌّ et جَسَدَانِيٌّ *corporeus*, a جَسَدٌ *corpus*, رُوحَانِيٌّ *spiritualis*, a رُوحٌ *spiritus*. — Peregrinae quoque originis sine dubio est terminatio زِيٌّ in nonnullis a nomine proprio factis, ut in مَرْوَزِيٌّ *Marvensis*, a مَرْوُ, nomine oppidi in Perside, et in رَازِيٌّ *Raiensis*, a رَيٌّ.

u) Si a nomine, quod terminationem illam denominativam iam habet, aliud per annexam illam terminationem derivandum est, hoc ab illo

158. Nomina bilittera, quae a verbis imperfectis ultimâ litterâ semivocali derivata sunt, in denominativo ante terminationem accipere solent litteram semivocalem و; et, quando praecedens consonans vocalem non habet, ea cum Phat'hâ profertur: ut فَتَوِىٌّ a فَتًى, أَبَوِىٌّ ab أَبٌ, لُغَوِىٌّ a لُغَةٌ, حَيَوِىٌّ ab حَىٌّ a verbo حَيِىَ. — A quibusdam tamen denominativum duplici modo fingitur: ut دَمَوِىٌّ vel دَمِىٌّ a دَمٌ, بَنَوِىٌّ vel اِبْنِىٌّ ab اِبْنٌ, سَمَاوِىٌّ vel سَمَائِىٌّ a سَمَآءٌ. — In nonnullis a nomine proprio fictis ante terminationem post longam vocalem littera ن assumitur; velut in صَنْعَانِىٌّ a صَنْعَآءُ, بَهْرَانِىٌّ a بَهْرَآءُ.

159. Similiter و ante terminationem in denominativo assumitur, si inclinatur a nomine feminino in ـَآءُ exeunte (§ 17): ut بَيْضَاوِىٌّ a بَيْضَآءُ. Itemque in eo, quod fingitur a nomine aucto terminatione femininâ ـَى: sed tunc vocalis longa *á* aut servatur, aut corripitur. Sic a دُنْيَا (§ 9) inclinatur دُنْيَاوِىٌّ aut دُنْيَوِىٌّ. Eandem hanc analogiam sequuntur nomina trium consonantium, quae similiter in ـَى vel ـِى exeunt, sed a verbis imperfectis ultimâ litterâ semivocali derivata sunt: ut أَعْمَوِىٌّ ab أَعْمَى, مَعْنَوِىٌّ vel مَعْنَاوِىٌّ a مَعْنًى. — In longioribus autem littera و ante terminationem denominativam non assumitur et ultima vocalis *a* negligitur: ut مُصْطَفِىٌّ ab اَلْمُصْطَفَى, بُخَارِىٌّ a بُخَارَا. — Rariùs a nominibus trium litterarum consonantium hoc modo denominativa finguntur.

---

nihil differt. Sic شَافِعِىٌّ et nomen proprium personae est, et eum significat, qui a Sjâpheio denominatur, sive qui eum sectatur, *Sjâpheitam*.

160. In denominativo, inclinato a nomine trilittero, cuius media littera cum vocali *i* aut diphthongo *ai* profertur, his, si prima syllaba brevis est, plerumque breve *a* substituitur: ut in مَلَكِيٌّ a مَلِك , دُؤَلِيٌّ a دُئِل , مَدَنِيٌّ a مَدِينَة , جُهَنِيٌّ a جُهَيْنَة. — Longum *í* et diphthongus *ai* tamen servari potest: ut in مَسَحِيٌّ vel مَسِيحِيٌّ a مَسِيح , قُرَشِيٌّ vel قُرَيْشِيٌّ a قُرَيْش. Et semper longum *í* servatur in derivatis a verbo, quod secundam litteram geminatam aut semivocalem habet: ut in حَقِيقِيٌّ ab حَقِيقَة et طَوِيلِيٌّ a طَوِيل. — Etiam breve *i* servari potest, si eadem vocalis in primâ syllabâ est: ut in إِبَلِيٌّ vel إِبِلِيٌّ. Et verò etiam, quando prima syllaba Kèsram habet, hanc ob causam in secundâ breve *a* in *i* mutari potest: ut in عِنَبِيٌّ vel عِنِبِيٌّ ab عِنَب.

161. Trilitterorum analogiam sequuntur imperfecta earundem formarum nomina, derivata a verbis ultimâ litterâ semivocali; quae igitur ante terminationem denominativam assumunt و (§ 158) ut عَمَوِيٌّ ab عَمٍ (pro *'amiun*), عَلَوِيٌّ ab عَلِيٌّ , أُمَوِيٌّ vel أُمَيِّيٌّ ab أُمَيَّة. — Si nomen in primâ syllabâ longam vocalem habet, ut قَاضٍ (pro *kâzhiun*); denominativum potiùs formatur sicut قَاضِيٌّ (§ 157). Quia tamen bilitterum est, et tale bilitterum ante و terminationem assumere solet, ideo denominativum etiam sicut قَاضَوِيٌّ fingitur. — Quidam eodem modo in nominibus, quale عَدُوٌّ est, longum *ú* in breve *a* commutant, denominativum formantes ut عَدَوِيٌّ [v].

---

v) Quum nomina formae قَدْوٌ et قَدْيٌ in lingua vulgari ut *kadu* et *kadi* pronuntientur, ab his quoque et eorum femininis saepe eâdem ratione inclinantur denominativa; praesertim si feminini generis sunt. Sic

162. In denominativo inclinato a nomine, quale est طُيَيْب et عُزَيْل, vocalis *i* obscuratur et duplicatio litterae ى negligitur. Dicitur ergo طُبَيِّى et عُزَيْلِى.

2. *De genere nominum.*

163. Genus nominum in linguâ Arabicâ duplex est, masculinum et femininum. — *Feminini* generis sunt:

1°. nomina, quibus *feminae* designantur; ut أُمّ *mater*, حَامِل *praegnans.*

2°. nomina *terrarum* et *urbium* propria, quia nomina substantiva, quae *terram* et *urbem* in linguâ Arabicâ significant, feminini generis sunt: ut مِصْر *Aegyptus*, أَصْبَهَان *Ispahan.*

3°. ea, quae aucta sunt *terminatione* ـَة (vel ـَت), ـَآءُ aut ـَى; ut جَنَّة *hortus*, كِبْرِيَآءُ *superbia*, ذِكْرَى *recordatio:* quarum trium terminationum prima ad genus femininum significandum in maximo usu est. Nonnullas tamen hac terminatione auctorum nominum formas etiam ad personas masculini generis significandas usurpari, infra dicetur § 167.

4°. multa alia *rerum* vocabula; ut أَرْض *terra*, بِئْر *puteus*, حَرْب *bellum* (propie *gladius*), خَمْر *vinum*, دَار *domus*, دِرْع *lorica*, دَلْو *situla*, رَحًى *mola*, رِيح *ventus*, شَمْس *sol*, ضَرَب *mel album*, عَصًا *baculus*, فَأْس *securis*, فُلْك *navis*, كَأْس *poculum*, مِلْح *sal*,

---

a بَدْو et a قَرْيَة denominativum non tantùm بَدْوِى et قَرْيِى, sed etiam frequentiùs بَدَوِى et قَرَوِى profertur.

مُوسَى *novacula*, نَارٌ *ignis*, نَفْسٌ *anima*, يَدٌ *manus*, et pleraque membrorum corporis geminorum nomina.

164. Tum haud pauca similia *rerum* vocabula *dubii generis* sunt; ut إِزَارٌ *cingulum*, إِصْبَعٌ *digitus*, ثَدْيٌ *mamma*, جَنَاحٌ *ala*, سَبِيلٌ *semita*, سِكِّينٌ *culter*, سِلَاحٌ *arma*, سُلَّمٌ *scala*, سَمَآءٌ *coelum*, سُوقٌ *forum*, شَعِيرٌ *hordeum*, صُلْحٌ *pax*, طَرِيقٌ *via*, عَسَلٌ *mel*, عُنُقٌ *collum*, لِسَانٌ *lingua*, مِسْكٌ *muscus*, مِعًى *intestinum:* quae videntur, quia *res* significabant, olim tanquam *feminina*, sed deinde, quia femininâ tamen terminatione non distincta erant, etiam tanquam *masculina* constructa esse.

165. Quia verò feminino genere distinguuntur nomina, quibus *res* designantur, ideo et Infinitivi verborum terminatione femininâ augentur, quando id, quod verbum significat, non infinitissimo modo, sed tanquam *res*, iis enuntiatur. Hoc autem obtinet:

1°. quando id, quod verbo significatur, Infinitivo non simpliciter nuncupandum, sed simul significandum est, utrùm *semel*, an *bis* vel *saepius*, locum habeat. Exempli causâ إِحْزَانٌ *contristare*, *affigere*, sed إِحْزَانَةٌ *singulam afflictionem*, in duali *duas afflictiones*, in plurali *plures afflictiones* significat. Apparet, sic non, ut Infinitivo, *notionem*, sed *aliquid, quod re verâ est*, designari. Arabes hanc nominis abstracti formam *nomen vicis* appellant. Animadvertendum autem est, ex Infinitivis 1ae verborum formae hoc sensu (etiam in verbis imperfectis) formam فَعْلَةٌ usurpari: ut ضَرْبَةٌ *ictus*, a ضَرْبٌ *icere*, وَعْدَةٌ *promissio*, رَمْيَةٌ *iactus*. Et, si formae derivatae Infinitivus ceterùm quoque cum terminatione femininâ effertur, veluti formae 4tae

verbi قَامَ Infinitivus إِقَامَةٌ, tum, ut expresse declaretur, id, quod verbo significetur, *semel* tantùm locum habere, numeri vocabulum وَاحِدَةً adiungi necesse est.

2°. quando infinitivus adhibetur ad definiendam notionem generalem, ut *specialiter* declaretur, qua in *re* id, quod generaliter dicatur, *re verâ* locum habeat; veluti quando dicitur: *excellit in scribendo*, sive *scripturâ*. Hanc nominis abstracti formam Arabum grammatici *nomen speciei* nuncupant: et ex Infinitivis 1ae formae hoc sensu forma فِعْلَةٌ usurpari solet; ut كِتْبَةٌ *scriptura*, قِيمَةٌ *statura*.

166. Pariter nomina *collectiva* et similia, quibus *genus* quoddam *in universum* significari solet, cum terminatione femininâ proferuntur, quando generis, quod significant, *singularis* quaedam *res*, aut *duae* vel *plures res singulares* designandae sunt: nam *genus* abstracta notio est, quae in animo tantùm nostro est, sed *singulum* quoddam (*individuum*) ex eo genere aliquid, ut ita dicam, *reale* est. Sic حَمَامٌ *columbas*, sed حَمَامَةٌ *columbam*, تِبْنٌ in genere *stramen*, sed تِبْنَةٌ *singulum stramen* (*een stroo* of *strootje*), et in plurali *stramina*, significat.

167. Et quae nomina *attributum* significant, ea terminatione femininâ aucta ut substantiva usurpantur, *rem* eo attributo praeditam designantia: ut بَيِّنٌ *manifestus*, بَيِّنَةٌ *res manifesta;* وَاحِدٌ *unus*, وَاحِدَةٌ *una res* sive *unum*. — Usurpantur autem huiusmodi formae femininae, proprie *rem* denotantes, etiam significanter de *personâ*, ut personam designent *singulari* modo aliquo attributo conspicuam. Sic usitatae sunt formae فَاعِلَةٌ, فُعَلَةٌ, فُعُولَةٌ et فَعَّالَةٌ: ut دَاهِيَةٌ *versutum astutum-*

que caput, a دَاهٍ *astutus versutusque*; ضُحَكَةٌ *risor* (een *lachbek*); عَلَّامَةٌ *monstrum doctrinae*, ab عَلَّامٌ *admodum doctus*. Conferatur § 149. — Atque eodem modo etiam aliae femininae nominum formae, quae proprie *rem* significant, de *personis* usurpantur, sive hoc cum simili vi et significantiâ fiat, ut تِعْلَمَةٌ vel تِعْلَامَةٌ *monstrum doctrinae*, *singulari doctrinâ insignis* vir, sive absque huiusmodi significantiâ, ut خَلِيفَةٌ proprie *id, quod, ut in locum alicuius succedat, ponè relinquitur*, hinc *successor* sive *vicarius*.

168. Postremò etiam nomen, quod ab alio nomine per terminationem ـِيٌّ derivatum *attributum* quoddam designat (§ 157), cum exitu feminino effertur, quo *res* denominetur. Praesertim hoc modo formantur abstracta attributorum denominatorum, tanquam rerum, nomina. Sic a كُتُبٌ, *libri*, denominatur كُتُبِيٌّ *librarius*, et كُتُبِيَّةٌ *bibliotheca*; ab إِنْسَانٌ, *homo*, إِنْسَانِيٌّ *humanus*, et إِنْسَانِيَّةٌ *humana natura*, *humanitas*. Similiter a particulâ كَمْ, *quantum*, fictum est كَمِّيَّةٌ *quantitas*; a مَا, *quid*, مَاهِيَّةٌ sive مَائِيَّةٌ *substantia* sive *natura* [w].

169. Quaedam nomina *communis generis* sunt: ut أَيِّمٌ *carens coniuge*, *viduus* vel *vidua*, et فَرَسٌ *equus* et *equa*. Cuius gene-

---

w) Rara et in Syriacâ linguâ, quàm in Arabicâ, usitatior est terminatio ـِيتٌ: ut بَرِيَّةٌ et بَرِّيتٌ *campus*. Idem valet de terminatione ـُوتٌ, quae etiam ita consuetudini linguae Arabicae convenientior redditur, ut pro eâ ـُوَّةٌ efferatur. Sic جَبْرِيَّةٌ, جَبَرُوتٌ et جَبَرُوَّةٌ *superbiam* significant. — Terminatio feminina ت etiam in paucis aliis nominibus superest: velut in بِنْتٌ *filia*, أُخْتٌ *soror*.

ris etiam ea, sive masculinae, sive femininae, formae *rerum* nomina sunt, quae ad *personas* significandas adhibentur (§ 149 et 167). Quamquam ex his nonnulla, ut مِسْكِينٌ *pauper*, etiam cum femininâ terminatione proferuntur, ut persona *feminina* significetur. — Tum et pleraque nomina adiectiva formae قَذُولٌ, nisi obiectivum sensum habent (ut كَذُوبٌ *mendax*), et è contrà formae قَذِيلٌ, si obiectivum sensum habent (ut قَتِيلٌ *occisus*), tametsi de feminis usurpantur, non solent augeri terminatione femininâ, dummodo nomen eius, cuius attributum designant, exprimatur.

170. In ceteris ad genus femininum a masculino distinguendum plerumque usurpatur terminatio ـَةٌ (§ 163, 3°.): ut حُرَّةٌ *libera*, ab حُرٌّ *liber;* جَارِيَةٌ a جَارٍ (pro *djâriun*) *currens;* فَتَاةٌ a فَتًى *adolescens.*

171. Sed nomina formae أَقْذَلُ (§ 152) in feminino, si *colorem* aut *deformitatem* designant, formam قَذْلَاءُ; sique sensum habent gradûs *comparativi* aut *superlativi*, formam قُذْلَى accipiunt: ut أَعْوَجُ *distortus*, عَوْجَاءُ *distorta;* أَعْشَى *lusciosus*, عَشْوَاءُ *lusciosa;* أَعْمَى *coecus*, عَمْيَاءُ *coeca;* أَشَدُّ *vehementior*, fem. شُدَّى; آخَرُ *alter* et *alius*, fem. أُخْرَى; أَطْوَلُ *longior*, fem. طُولَى; أَضْيَقُ *angustior*, fem. ضُوقَى vel ضِيقَى (§ 12); أَعْلَى *altior*, fem. عُلْيَا. — Etiam أَوَّلُ, *prior* et *primus*, in fem. أُولَى; et أَحَدٌ, *unus*, إِحْدَى habet.

172. Denique, si nomen in masculino formae قَذْلَانُ est, in feminino forma قَذْلَى usurpatur: ut سَكْرَانُ *ebrius*, سَكْرَى *ebria.* — Nonnunquam tamen ex aliâ dialecto femininum for-

matur per additam consuetam terminationem, diciturque سَكْرَانَةٌ. Quod semper obtinet, si masculina forma cum Tanvîne, ut قَدْمَانٌ, profertur: veluti نَدْمَانٌ *compotor*, نَدْمَانَةٌ *compotrix*.

3. *De numero nominum.*

173. *Duale* a singulari inclinatur per adiunctam terminationem ـَانِ: ut يَدَانِ *manûs*, a يَدٌ, قَاضِيَانِ a قَاضٍ (pro *kâzhiun*); عَصَوَانِ ab عَصًا; مَرْضَيَانِ a مَرْضَى, فَتَيَانِ a فَتًى, ذِكْرَيَانِ a ذِكْرَى (§ 16); صَفْرَاوَانِ a صَفْرَآءُ (§ 17); رِدَآءَانِ vel et رِدَاوَانِ a رِدَآءٌ (a verbo رَدَى); sed قُرَّاءَانِ a قُرَّآءٌ (a verbo قَرَأَ). — Etiam أَبٌ *pater*, et أَخٌ *frater*, in duali أَبَوَانِ et أَخَوَانِ habent: sed haec potiùs a casu obliquo أَبَا et أَخَا inclinata esse censenda sunt. — Terminationi femininae ـَةٌ substituitur ـَتْ; ut in سَنَتَانِ a سَنَةٌ *annus*.

174. *Pluralis* terminatio *masculina* est ـُونَ: ut مُؤْمِنُونَ a مُؤْمِنٌ *credens*; قَاضُونَ a قَاضٍ (pro *kâzhiun*), مُصْطَفَوْنَ a مُصْطَفًى (§ 16). — ذُو et ٱبْنٌ in plurali ذَوُونَ et بَنُونَ (pro *dz'wûna* et *b'nûna*) habent. — Eandem terminationem pluralem ex antiquitate servarunt pauca nomina feminina, etiam talia, quae in singulari terminationem femininam obtinuerunt: ut أَرَضُونَ ab أَرْضٌ *terra*, أَرُونَ ab أَرَةٌ *focus*.

175. *Feminina* terminatio *pluralis* est ـَاتٌ: ut حَالَاتٌ ab حَالٌ *status*; سَمَاوَاتٌ a سَمَآءٌ (§ 17). — Et, quoties nomen in singulari terminationem femininam ـَةٌ habet, in huius locum illa substituitur: ut قِرَآءَاتٌ a قِرَآءَةٌ (a verbo قَرَأَ), سِقَّآءَاتٌ vel سِقَّاوَاتٌ a سِقَّآءَةٌ (a verbo سَقَى), صَلَوَاتٌ a صَلَاةٌ sive صَلَوةٌ (§ 8),

مَرْضَيَاتٌ a مَرْضَاةٌ (a masculino مَرْضِيٌّ). — Quaedam bilittera in plurali vocalem *a* ex terminatione singulari conservant, ac tunc ante terminationem pluralem ad evitandum vocalium concursum assumunt semivocalem litteram و (§ 16), vel et interdum spiritum ه (§ 18): ut أَمَوَاتٌ ab أَمَةٌ *ancilla*, سَنَوَاتٌ et سَنَهَاتٌ a سَنَةٌ *annus*. — Etiam أُمٌّ, *mater*, in plurali أُمَّهَاتٌ habet: sed hoc est a casu obliquo أُمَّا. أُخْتٌ *soror*, et بِنْتٌ *filia*, in plurali أَخَوَاتٌ et بَنَاتٌ habent ad analogiam masculinorum (§ 173 et 174). — Femininam autem terminationem pluralem habent quoque aliquot nomina masculina, tum ex antiquitate servatam, ut حَمَّامَاتٌ ab حَمَّامٌ *balneum;* tum, quia nomen in singulari exitum habet, terminationis femininae speciem prae se ferentem: quod locum habet in quibusdam peregrinis; ut in Turcicis بَاشَا vel بَاشَه et أَغَا, atque in Gallico قُنْصُوا (*consul*), quae in plurali بَاشَاتٌ, أَغَوَاتٌ et قُنْصُوَاتٌ enuntiantur.

176. Nomina feminina formae قَدْمٌ et قَدْمَةٌ in plurali قَدَمَاتٌ habent *x*): sed, si prima littera in singulari Kèsram aut Zhammam habet, plurale triplici modo profertur, ut قِدْمَاتٌ et قِدِمَاتٌ, vel ut قِدَمَاتٌ et قُدُمَاتٌ, vel denique ut قُدْمَاتٌ et قُدَمَاتٌ.

177. Atqui *terminationes* plurales in linguâ Arabicâ haud crebrò usurpantur, praeterquam in participiis et adiectivis, quorum femininum per terminationem ـَةٌ formatur. Plerumque enim praeter eam nominis cuiuspiam formam, quâ singulare

---

x) Pariter femininum أَرْضٌ non tantùm أَرَضُونَ (§ 174), sed etiam أَرْضُونَ et أَرَضَاتٌ habet.

significatur, etiam alia vel plures aliae in usu sunt formae ab eodem verbo derivatae, quae idem sensu *collectivo*, sive *in genere* et *in universum*, designant; atque his Arabes *vice nominum pluralium* uti solent. Construuntur ut nomina *singularia feminina:* nam proprie quidem *collectiva* sunt *genus* quoddam *in universum* significantia, et propterea *singularis numeri* sunt; quia tamen subiectum sibi habent sensum plurium *rerum singularium*, ideo, etiamsi terminatione femininâ carent, *femininum genus* iis tribuitur (conf. § 166). A grammaticis Arabicis *pluralia fracta* (id est *manca* vel *imperfecta*) nuncupantur, quum e contrario ea, quae a singularibus additâ terminatione inclinata sunt, *pluralia integra* vel *perfecta* dicuntur. Latiniùs illa *collectiva plurativa* appellabimus.

178. Subscribimus nunc *praecipuas* formas, quae hoc sensu usitatae sunt, et adscribimus eas nominum singularium formas, iuxta quas illae *ut plurimum* usurpantur. Nulla quidem hîc valet regula certa; quare, quae nominis cuiusque singularis sit forma collectiva plurativa, usu sermonis vel e lexicis disci debet; sed aliqua tamen in usu linguae observatur analogia.

coll. plurat.	*forma nominis singularis.*
1.* قُدْمٌ قُومٌ قِيمٌ	أَقْدَمُ, et fem. قَدْمَآءُ, *colorem* vel *deformitatem* significans: ut حُمْرٌ (sing. أَحْمَرُ *ruber*, vel fem. حَمْرَآءُ *rubra*), سُودٌ (sing. أَسْوَدُ *niger*), بِيضٌ (sing. أَبْيَضُ *albus*). Conf. § 13.

*) Forma 1[ma] et 4[ta] haud raró inter se permutantur.

2.	قِدْمَةٌ قِيمَةٌ	قَدْمٌ , قُدْمٌ , قَدَمٌ , قَدَامٌ , قُدَامٌ vel قَدِيمٌ: ut صِبْوَةٌ vel صِبْيَةٌ (sing. صَبِىٌّ *puer*), ثِيَرَةٌ (sing. ثَوْرٌ *taurus*). Similiter اِخْوَةٌ (sing. أَخٌ *frater*).
3.	قَدْمَى قَوْمَى قَيْمَى	قَدِمٌ (قَيِّمٌ) , فَدِيمٌ , قَادِمٌ , قَدْمَانُ vel أَقْدَمُ : ut مَوْتَى (sing. مَيِّتٌ *mortuus*), عَيْلَى (sing. عَائِلٌ *egenus*).
4. *	قُدُمٌ	قَدْمٌ , قَدَمٌ , قُدْمَةٌ , قَدَامٌ , قِدَامٌ , قَدِيمٌ , قَدِيمَةٌ vel قَدُومٌ.
5.	قُدَمٌ قُدًى	قُدْمَةٌ , قُدْمَى , قِدْمَةٌ vel قَدْمَةٌ : ut غُرَرٌ (sing. غُرَّةٌ), قُرًى (sing. قَرْيَةٌ et قِرْيَةٌ *pagus*).
6.	قُدَمَاءُ	قَدِيمٌ vel قَادِمٌ. Pariter خَلِيفَةٌ, quippe mascul.
7.	قُدَاةٌ	قَادٍ , قَدُوٌّ vel قَدِىٌّ : ut غُزَاةٌ (sing. غَازٍ *miles*).
8.	قِدَمٌ	قِدْمَةٌ : ut سِكَكٌ (sing. سِكَّةٌ *moneta*).
9.	قِدَمَةٌ	قُدْمٌ (قُومٌ , قُمٌّ) , قَدْمٌ (قَوْمٌ) vel قِدْمٌ (قِيمٌ).
10.	قَدَمٌ	قَدَمَةٌ , قَدْمَةٌ vel قَادِمٌ.
11.	قَدَمَةٌ قَوَمَةٌ قَامَةٌ	قَادِمٌ : ut حَوَكَةٌ vel حَاكَةٌ (sing. حَائِكٌ *textor*), بَاعَةٌ (sing. بَائِعٌ *venditor*), بَرَرَةٌ (sing. بَارٌّ *innocens*).
12.	قِدَامٌ قِيَامٌ	قَدْمٌ (قَوْمٌ) , قِدْمٌ , قُدْمٌ , قَدَمٌ , قَدُمٌ , قَدْمَةٌ , قُدْمَةٌ , قَدَمَةٌ , قَدِيمٌ , قَدْمَانٌ vel قُدْمَانٌ.
13.	قِدَامَةٌ	قَدَمٌ vel قَادِمٌ.
14.	قُدُومٌ قُدِىٌّ قِدِىٌّ	قَدْمٌ , قِدْمٌ , قُدْمٌ , قَدَمٌ , قَدِمٌ vel قَادِمٌ (قَادٍ) : ut بُحُورٌ (sing. بَحْرٌ *mare*), بُكِىٌّ vel بِكِىٌّ (sing. بَاكٍ *flens*).
15.	قُدُومَةٌ	قَدْمٌ (قَيْمٌ , قَمٌّ). Simile est خُؤُولَةٌ (sing. خَالٌ).

16. قَدِيمٌ — قَدًى | قَدْمٌ , قَدَامٌ vel قَادِمٌ (قَادٍ): ut حَمِيرٌ (sing. حِمَارٌ *asinus*), عَدًى (sing. عَادٍ *currens*).

17. قُدَّمٌ — قُدًّى | قَادِمٌ (قَادٍ) vel قَادِمَةٌ: ut نُوَّمٌ (sing. نَائِمٌ *dormiens*), غُيَّبٌ (sing. غَائِبٌ), غُزًّى (sing. غَازٍ).

18. قُدَّامٌ — قُدَّآءٌ | قَادِمٌ (قَادٍ): ut كُتَّابٌ (sing. كَاتِبٌ *scriptor*), غُزَّآءٌ (sing. غَازٍ *miles*).

19. أَقْدُمٌ — أَقْدٍ | قَدْمٌ , قِدْمٌ , قُدْمٌ , قَدَمٌ (قَدًا , قَلَمٌ) , قَدَمٌ , قَدَامٌ , قَدَامٌ , قَدِيمٌ etc.: ut أَدْوُرٌ vel أَدْؤُرٌ (sing. دَارٌ *domus*). Item أَيْدٍ (sing. يَدٌ *manus*).

20. أَقْدَامٌ — أَقْدَآءٌ y) | قَدْمٌ , قِدْمٌ , قُدْمٌ , قَدَمٌ (قَدًا) , قَدِمٌ , قَدُمٌ , قِدَمٌ , قُدُمٌ , قُدُمٌ , قَادِمٌ , قَدِيمٌ , قَدُومٌ (قَدُوٌّ), etc. Simile est أَمْوَاهٌ a singulari مَآءٌ *aqua*. Conf. § 18.

21. أَقْدِمَةٌ — أَقِمَّةٌ | قَدَامٌ (قَدَآءٌ) , قِدَامٌ , قَدُومٌ , قَدِيمٌ (قَدِيٌّ): ut أَئِمَّةٌ (sing. إِمَامٌ *antistes*), أَقْبِيَةٌ (sing. قَبَآءٌ).

22. أَقْدِمَآءُ — أَقِمَّآءُ | قَدِيمٌ (قَدِيٌّ): ut أَصْدِقَآءُ , أَغْنِيَآءُ et أَحِبَّآءُ (sing. صَدِيقٌ , غَنِيٌّ et حَبِيبٌ).

23. قِدْمَانٌ — قِيمَانٌ | قَدَمٌ , قُدْمٌ , قُدَامٌ , قِدَامٌ , قَدِيمٌ (قَدِيٌّ) , قُومٌ , قَامٌ , قَدًى vel قَائِمٌ. Similiter إِخْوَانٌ a sing. أَخٌ *frater*.

24. قُدْمَانٌ | قَدْمٌ , قَدَمٌ , قَدِيمٌ vel قَادِمٌ.

25. مَقَادِمُ — تَقَادِمُ | Huiusmodi forma collectivi plurativi est, si nomen quatuor consonantes habet, sive quadrilit-

y) أَشْيَآءُ , أَبْنَآءُ et أَسْمَآءُ (sing. شَيْءٌ *res*, اِبْنٌ *filius*, et اِسْمٌ *nomen*) sine Tanvine proferuntur. — يَوْمٌ, *dies*, in collectivo plur. non أَيْوَامٌ, sed أَيَّامٌ, habet. Conferatur § 13.

أَقَادِمُ
قَدَادِمُ
مَقَامٌ

terum nuncupetur (ut قَنْطَرَةٌ), sive a verbo trilittero bilitterove litterâ aliquâ (veluti م, ت aut ا) praefixâ, aut mediâ duplicatâ, derivatum sit.

26. مَقَادِيمُ
تَقَادِيمُ
أَقَادِيمُ
قَدَادِيمُ
قَدَامِينُ
قَدَامِيُّ

Sic potiùs nomen quatuor consonantium in collectivo plurativo profertur, si paenultima consonans longam vocalem habet, ut مَقْدُورٌ et سِكِّينٌ. Talia etiam sunt كُرْسِيٌّ *thronus*, أُغْنِيَّةٌ *cantilena*, similiaque. Atque eandem normam sequuntur quaedam nomina, quae a verbo trilittero annexâ terminatione ـَانٌ derivata sunt; ut سُلْطَانٌ.

27. مَقَادِمَةٌ
تَقَادِمَةٌ
أَقَادِمَةٌ
قَدَادِمَةٌ

Etiam hanc formam in collectivo plurativo habent aliquot quatuor consonantium nomina, praesertim peregrina (ut قَيْصَرُ *Caesar*, إِبْلِيسٌ *diabolus*) et quadrilittera aucta denominativâ terminatione ـِيٌّ: ut جَرْكَسِيٌّ *Circassius*, جَرَاكِسَةٌ *Circassia natio* sive *Circassii*.

28. قَوَادِمُ z
قَوَامٌ

Hanc formam, tanquam quadrilittera, multa habent nomina trilittera, quae, ut فَارِسٌ, قَادِمَةٌ, قَاصِعَاءُ et دَابَّةٌ, in primâ syllabâ longam vocalem habent z.

---

z) In collectivo plurativo inter duas vocales *a* littera semivocalis و profertur secundùm § 16, 1°. Si verò prima quoque nominis littera و est, in huius locum substituitur ا; ut in أَوَاصِلُ pro وَوَاصِلُ (sing. وَاصِلَةٌ). — In quibusdam loco litterae و inseritur ea, quae etiam media consonans est: ut عَوَالِمُ et عَلَالِمُ (sing. عَالَمٌ), دَنَانِيرُ (sing. دِينَارٌ *denarius aureus*).

29. قَوَادِيمُ [z] — Haec forma usurpatur, si tale nomen et in primâ et in secundâ syllabâ longam vocalem habet; ut جَاسُوسٌ et صِيرَابٌ [z].

30. قَدَائِمُ [a], قَدَايِمُ, قَدَاوِمُ — Sic collectivum plurativum effertur, si nomen trilitterum in solâ secundâ syllabâ longam vocalem habet, ut عَجُوزٌ; praesertim si a verbo imperfecto mediâ litterâ semivocali inclinatum est, ut مَعِيشَةٌ, مَسَاحٌ vel مَسَاحَةٌ et مَنَارَةٌ [a].

31. قَدَامِي [b], قَدَامٍ [b], تَقَادٍ, أَقَادٍ — قَدْمَى, قِدْمَى, قُدْمَى vel قَدْمَاةٌ, et quaelibet forma nominis quatuor litterarum, quarum quarta semivocalis est: ut حِذْرِيَةٌ, أُغْنِيَةٌ et تَرْقُوَةٌ. Item قَدْمَانُ, quippe cuius feminina forma قَدْمَى est (§ 172).

32. قَدَامَى [c] — Est eadem forma, atque antecedens; sed in hac

---

a) Semivocalis littera ي inter vocales *â* et *i* sponte suâ e spiritu leni in pronuntiando oritur (§ 24). Sine Hamzâ scribere iubent grammatici, si nomen a verbo mediâ ي derivatum est. Interdum loco litterae ي inseritur و, si inclinatum est a verbo mediâ و: si verò ي inseritur, etiam in hoc casu a quibusdam sine Hamzâ scribitur. Sic مَنَارَةٌ in collectivo plurativo مَنَائِرُ vel مَنَاوِرُ, vel denique مَنَايِرُ, habet.

b) قَدَامِي est pro *kadâmiu* (§ 15, 2°.). Quando pro ultimâ vocali, quae ita disparet, Tanvîn profertur (قَدَامٍ), hoc ideo fieri videtur, quòd etiam singulare cum Tanvîne pronuntiatur: quamquam certam regulam hic valere, equidem haud contendo.

c) Si singularis nominis forma قَدْمَانُ est, etiam قَدَامَى vel قَدَامِي profertur.

		terminatio ـَى e formâ singulari servatur aut pro ـَاةٌ vel ـَةٌ substituitur.
33.	قَدَايَا قَدَاوَى	قَدِيَّةٌ, قِدَاوَةٌ, et quaelibet forma nominis trium litterarum, quarum tertia semivocalis est antecedente vocali longâ.
34.	قَوَادٍ	قَادِيَةٌ: ut جَوَارٍ (sing. جَارِيَةٌ *ancilla*, *puella*).

179. Pro formâ collectivâ plurativâ nominum denominativorum, quae in ـِيٌّ desinunt (§ 157), saepissime forma feminina usurpatur: ut شَافِعِيٌّ *Sjâpheïta*, شَافِعِيَّةٌ *Sjâpheïtae* (proprie *Sjâpheïtarum secta*).

180. Forma 25ta et sequentes *quadrilitterae* nuncupantur. Hae autem non rarò inclinatae sunt ab aliâ formâ collectivâ plurativâ, quae litteram ا in principio praefixam habet, dum forma singularis nomen trilitterum est. Sic ظُفْرٌ, *ungula*, in collectivo plurativo habet أَظْفَارٌ; hinc autem fictum est rursùm أَظَافِيرُ, quod igitur non unius, sed *plurium* animalium *ungulas* denotat. — Talia *pluralia pluralium* appellari solent.

181. Atqui collectiva plurativa etiam in pluralem dualemve numerum flecti possunt per adiunctam *terminationem*. Sic رِسَالَةٌ *epistolam* significat, رَسَائِلُ *collectionem epistolarum*, *epistolarium* sive *epistolas*, et رَسَائِلَاتٌ *epistolaria*; أَصْلٌ *principium* disciplinae, أُصُولٌ *principia*, et أُصُولَانِ *principia utriusque disciplinae*, videlicet theologiae et juris prudentiae.

182. Denique monendum est, collectiva plurativa formae 2dae, 19ae, 20ae et 21ae, itemque pluralia, quae a singularibus

ope *terminationis* inclinata sunt, a grammaticis *pluralia paucitatis* nuncupari. Nam, si praeterea etiam alia eiusdem nominis forma collectiva plurativa usitata est, illae fere tantummodo usurpantur de numero parvo denarium non excedente.

4. *De casibus nominum.*

183. *Casûs* in linguâ Arabicâ alia nomina duos habent, alia tres: illa *diptota*, haec *triptota* appellantur. In *diptotis* praeter casum *rectum* sive *Nominativum* unus tantùm casus *obliquus* est, quem rectissime *Complementivum* nuncupaveris: est enim exitus nominum, quae pro complementis cum alio nomine (sive praepositione) aut cum verbo construuntur. Sed *triptota* duos casûs obliquos habent, quorum hoc discrimen est, ut uno eorum *nominalia*, altero *verbalia* complementa enuntientur: illum *Genitivum*, hunc *Accusativum* dicere solent grammatici Europae, quamquam eorum usus cum casibus in linguâ Latinâ et Graecâ, qui his nominibus appellantur, haud omnino convenit.

184. *Diptota* sunt:

1°. *dualia;* ut

قَدَمَانِ, *pedes*, in casu recto; in obliquo قَدَمَيْنِ.

2°. *pluralia* cum terminatione *masculinâ;* ut

قَادِمُونَ, *praecedentes*, in casu recto; in obliquo قَادِمِينَ.

3°. *pluralia* cum terminatione *femininâ:* ut

قَادِمَاتٌ, *praecedentes*, in casu recto; in obliquo قَادِمَاتٍ.

4°. *pars singularium;* ut

أَقْدَمُ, *insignis audaciâ*, in casu recto; in obliquo أَقْدَمَ.

قَوَادِمُ, *anteriora*, in casu recto; in obliquo قَوَادِمَ.

185. *Triptota* sunt *pleraque singularia;* ut

Nom. قَدَمٌ *pes*, Gen. قَدَمٍ, Accus. قَدَمًا.
— قَادِمَةٌ *praecedens*, — قَادِمَةٍ, — قَادِمَةً.
— نِسَآءٌ *mulieres*, — نِسَآءٍ, — نِسَآءً.

186. Haec casuum varietas sive nominum declinatio, quae in ceteris linguis Semiticis fere penitùs inusitata est, in eâ tantùm exculta fuit sermonis Arabici dialecto, quam linguam eruditorum nuncupamus: et prima initia, a quibus orta sit, etiamnum investigare posse mihi videor. Nam, quum duplex in linguâ esset *terminatio dualis* et *pluralis masculina*, una, quae ad verborum coniugationem adhiberetur, ـَانِ et ـُونَ, altera, quae (ut reliquae linguae Semiticae ipsaque vulgaris Arabum lingua comprobant) nominibus propria facta esset, ـَيْنِ et ـِينَ; utraque in nominibus usurpari coepta est hoc discrimine, ut hac quidem uterentur, si nomen alîus nominis (sive praepositionis) aut verbi *complementum* esset, illâ autem, si qua res aut persona ut enuntiationis subiectum vel praedicatum *nominaretur*. — Tum duae illae sic distinctae terminationes *plurales masculinae* ad *pluralia feminina* translatae sunt, terminationibus *ún* et *ín* (sic enim in linguâ vulgari et ceterorum Semitarum sermonibus pronuntiantur) ad primigenium exitum pluralem femininum *át* annexis, ita tamen, ut, quum in sermone populi inusitatae essent, non litteris, sed adscriptis pronuntiationis notis, significarentur, et vocales *u* et *i*, quum syllabae in consonantem caderent, corriperentur. — Pariter translatae sunt ad maiorem partem nominum *singularium* (quo no-

mine etiam collectiva et collectiva plurativa complectimur, quoniam a singularibus non formâ, sed sensu tantùm, differunt). Atqui haec singularia, nisi ipsa in vocalem *á* exibant, iam obtinebant, atque etiamnunc obtinent in linguâ vulgari, terminationem ـًا, quoties *complementa verbalia* erant [d]. Itaque *tres* casûs nacta sunt. Nam duo illi exitûs *un* et *in* a plurali numero ad singularem sic translati sunt, ut *un* pro *recto* casu usurparetur, *in* pro *obliquo*, sed tantummodo in *nominalibus* complementis: in *verbalibus* enim terminatio ـًا servata est, sed ita tamen, ut ad similitudinem cum duobus illis pro *á* cum Tanvîne *an* pronuntiaretur. Mansit nihilominus ا in scripturâ; et haec causa est, cur exempli causâ قَدَمًا scribatur, quum proferatur *kadaman:* nam in linguâ vulgari dicitur *kadamá* (§ 10). Neque igitur scribitur illud ا, si ipsum nomen in longum *á* desinit: nam hoc in casu, etsi in linguâ eruditorum terminatio *an* adiungitur, in vulgari sermone nihil additur. Scribitur ergo exempli causâ نَسَاءً (*nesâan*), quia in linguâ vulgari *nesá* profertur. Ob eandem causam ا illud non scribitur, si nomen auctum est terminatione femininâ ـَةً. Haec enim terminatio in linguâ vulgari *á* sonat, adeo ut littera ة quiescens sive muta sit; neque igitur additur terminatio ـًا. Sed, quando in linguâ eruditorum casuum terminationes *un*, *in* et *an* adiunguntur, simul, uti fit, quando nova syllaba ac-

---

d) Hic exitus etiam in linguâ Hebraeâ et Aramaeâ superest: sed usus aliquantùm differt. In universum *casus demonstrativus* nuncupari posset: in Hebraeâ grammaticâ *Hê paragogicum*, in Aramaeâ *status emphaticus* appellari solet.

cedit (§ 173), pro exitu *á* substituitur *at.* Verùm in scripturâ *litterarum* nihil tamen mutatur; sed duplici puncto, quo littera ت distinguitur, litterae ه superscripto, exempli causâ قَادِمَةٌ (*kâdematan*) scribitur, quoniam in linguâ vulgari pronuntiatur *kâdemá.* — Quum denique alia nomina singularia, si complementa verbalia essent, non in longum, sed in breve *a* caderent, haec autem terminatio etiam in flexione Imperfecti verborum ad Coniunctivum modum significandum adhiberetur, praeter hunc exitum, tanquam obliquum casum, istis nominibus pro recto sive Nominativo casu tributa est terminatio *u*, ut contrarius exitus Imperfecti in modo Indicativo. Itaque أَقْدَمُ in Nominativo, et أَقْدَمَ in casu obliquo, quemadmodum يَقْدَمُ in Indicativo et يَقْدَمَ in Coniunctivo, profertur.

187. Quae formae nominum singularium et collectivorum plurativorum triptota, quae diptota esse soleant, ex iis, quae de his formis suprâ dicta sunt, colligi potest. Nomina propria maximam partem diptota sunt; et quidem omnia, quae aucta sunt syllabâ ـَان aut terminatione femininâ ـَة, ut عُثْمَانُ et مَكَّةُ; item omnia, quae formae قُدَمُ et قُدَامُ sunt: ex reliquis quae triptota sint, faciliùs usu, quàm regulis, discitur.

188. *Indeclinabilia* sunt nomina, quae in Nominativo in ـَى aut ـًى vel ـًا desinunt; dicitur enim exempli gratiâ أَعْمَى, *coecus*, non magis in recto casu pro *a'ma-u*, quàm in obliquo pro *a'ma-a;* فَتًى, *adolescens*, pro *phata-un*, *phataïn* et *phata-an;* et عَصًا, *baculus*, pro *'açа-un*, *'açaïn* et *'aça-an*, secundùm § 15, 2°.

189. Quae autem in Nominativo exitum *in* pro *i-un* ha-

bent, ut رَامٍ pro *râmi-un*, ea similiter cadunt in Genitivo: nam etiam pro *râmiïn* pronuntiatur *râmin* (§ 15, 2°): sed in Accusativo pro *râmi-an* effertur رَامِيًا (*râmijan*). Vid. § 15, 1°. — Excipiuntur tamen imperfecta illa, quae eodem modo terminantur, *collectiva plurativa quadrilittera* (§ 178, n°. 31 et 34). Haec enim, quia proprie diptota sunt, ut جَوَارٍ pro *djavâri-u*, in Accusativo in *ija* cadere solent, ut جَوَارِىَ. In Nominativo Tanvîn ultimam vocalem disparentem quasi compensat: sed in Accusativo vocalis *a* servatur, ideoque Tanvîn non additur. Genitivus, ut in ceteris, quae similiter cadunt, a Nominativo non differt: quidam tamen, quum proprie diptota sint, Genitivum sicut Accusativum proferre malunt.

5. *De mutationibus, quae accidunt casibus nominum, si definiuntur.*

190. *Definiuntur* nomina aut per subiunctum *complementum*, sive hoc aliud nomen in casu Genitivo, sive annexum pronomen inseparabile sit (§ 54), aut per praefixum *articulum* ال. Propterea autem exitûs eorum aliquas patiuntur mutationes; maxime ob subiunctum complementum: et nomen, quod ita per complementum definitum est, in *statu constructo* esse dicitur.

191. Si quo modo cunque definitur nomen, *Tanvîn* in pronuntiatione *omittitur:* ut قَدَمُ رَجُلٍ *pes viri*, قَدَمِكَ *pedis tui*, اَلْقَدَمَ *pedem*, اَلْقَادِمَاتُ *praecedentes*, فَتَيُهُ, vel potiùs فَتَاهُ (§ 8), *adolescens eius*, a قَدَمٌ, قَدَمٍ, قَدَمًا, قَادِمَاتٌ et فَتًى. — Si nomen

exitum *in* obtinuit pro *i-un* in Nominativo et pro *ïň* in Genitivo (§ 189), omisso Tanvîne pro *i-u* et *ï* longa vocalis *í* profertur (§ 15, 2°.): ut جَوَارِيكَ *puellae tuae*, vel *puellarum tuarum*, a جَوَارٍ.

192. *In terminatione femininâ* ـَةٌ, si *pronomen* annectitur, pro ة scribitur ت, ut in نِعْمَتُهُ *gratia eius*, a نِعْمَةٌ: nam etiam in linguâ vulgari terminatio feminina, si nova syllaba accedit, non *â*, sed *at*, est (§ 173 et 186).

193. In *statu constructo* nomina أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, et هَنٌ *res aliqua*, Tanvîne omisso in tribus casibus longam vocalem pro brevi accipiunt; ut exempli causâ dicatur أَبُوكَ *pater tuus*, أَبِيكَ *patris tui*, et أَبَاكَ *patrem tuum*. — Pariter ذُو, quod proprie pronomen demonstrativum est, sed vim pronominis relativi obtinuit, et tanquam nomen cum complemento construitur, in Genitivo habet ذِي, in Accusativo ذَا. — Item nomen, quod in statu absoluto فَمٌ, فِمٌ vel فُمٌ profertur et *os* significat, plerumque, si cum complemento construitur, in Nominativo فُو, in Genitivo فِي, in Accusativo فَا, enuntiatur.

194. *Diptota singularia*, quando definiuntur, triptota fiunt; ita ut exempli causâ أَقْدَمُ cum articulo in Accusativo quidem ٱلْأَقْدَمَ, sed in Genitivo ٱلْأَقْدَمِ proferatur.

195. Si annectitur nomini *pronomen primae personae singulare* ـِى, vocalis brevis, quâ casuum differentia significatur, non pronuntiatur. Sic dicitur قَدَمِى a قَدَمٌ (*pes*) et بَنَاتِى a بَنَاتٌ (*filiae*) sine ullo discrimine casuum. — Atque etiam nomina أَبٌ, أَخٌ, حَمٌ et هَنٌ (§ 193), si hoc pronomen annectitur,

longam vocalem non accipiunt, sed dicitur exempli causâ أَبِى *pater meus*, et disparet casuum differentia.

196. *Terminationis pluralis masculinae ac dualis* uterque casus in *statu constructo* ultimam syllabam نَ vel نِ amittit: ut مُلَاقُوا رَبِّهِمْ[e] *obviam euntes domino suo*, a مُلَاقُونَ, in casu obliquo مُلَاقِى رَبِّهِمْ, a مُلَاقِينَ; بَنُوكَ *filii tui*, a بَنُونَ, in casu obliquo بَنِيكَ a بَنِينَ. Similiter subiuncto complemento مُصْطَفَوْ (vel مُصْطَفَوْا[e]) et مُصْطَفَىْ, قَدَمَا et قَدَمَىْ, pro مُصْطَفَوْنَ et مُصْطَفَيْنَ, قَدَمَانِ et قَدَمَيْنِ, dicitur.

197. Longa vocalis *ú* et diphthongus *au* ante *pronomen* 1[ae] *pers. singulare* ىَ (§ 57) non feruntur, sed *í* pro *ú* et *ai* pro *au* pronuntiatur (§ 13). Sic non minùs in recto, quàm in obliquo casu, dicitur بَنِىَّ *filii mei*, a بَنُونَ, مُصْطَفَىَّ *electi mei*, a مُصْطَفَوْنَ, atque in Nominativo perinde ac in Genitivo فِىَّ *os meum*, a فُو (§ 193).

198. *Nomina propria triptota*, ut مُحَمَّدٌ, ante بْنُ cum subiuncto patris aut matris nomine (§ 49, 2°.), tanquam ante complementum in Genitivo subiunctum, sine Tanvîne proferuntur: ut مُحَمَّدُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ *Mohammedes Abdallâhi filius.*

199. *In alloquutione* denique Arabes saepe, ut inferiùs dicetur, Nominativo utuntur: sed etiam tunc nomen, ut definitum, non secùs ac si cum articulo iunctum est, sine Tanvîne pronuntiatur: ut يَا سَمَآءُ *ó coelum!* يَا مُحَمَّدُ *ó Mohammedes!* Breviata haec Nominativi forma *vocativi* casûs

---

e) De adscripto ا conferatur § 12.

quaedam species est. — Monemus quoque, in blandâ alloquutione nomina saepe aliquantùm decurtari breviarive: ut يَا بُثْنَةُ, vel et يَا بُثْنُ, pro يَا بُثَيْنَةُ *ó Bothaina!* يَا صَاحِ pro يَا صَاحِبُ *ó amice!*

6. *De vocabulis numerorum.*

200. *Vocabula numerorum principalia* (*cardinalia*) ad denarium usque haec sunt:

	masc.	*fem.*		*masc.*	*fem.*
I.	أَحَدٌ	اِحْدَى	VI.	سِتٌّ	سِتَّةٌ
	وَاحِدٌ	وَاحِدَةٌ	VII.	سَبْعٌ	سَبْعَةٌ
II.	اِثْنَانِ	اِثْنَتَانِ	VIII.	ثَمَانٍ	ثَمَانِيَةٌ
III.	ثَلَاثٌ	ثَلَاثَةٌ	IX.	تِسْعٌ	تِسْعَةٌ
IV.	أَرْبَعٌ	أَرْبَعَةٌ	X.	عَشْرٌ	عَشَرَةٌ
V.	خَمْسٌ	خَمْسَةٌ		—	

201. Animadverti debet, haec vocabula a ternario ad denarium formâ femininâ cum nominibus masculinis, et vicissim cum nominibus femininis formâ masculinâ construi. In hoc autem casu formis nominum *collectivis pluralivis* non semper femininum genus (§ 177), sed idem, atque formae singulari, attribuitur genus: ut ثَلَاثَةُ أُمُورٍ *tres res.*

202. Ex his sequentia usque ad XIX in hunc modum composita sunt:

	masc.	*fem.*		*masc.*	*fem.*
XI.	أَحَدَ عَشَرَ	اِحْدَى عَشْرَةَ	XIII.	ثَلٰثَةَ عَشَرَ	ثَلٰثَ عَشْرَةَ
XII.	اِثْنَا عَشَرَ	اِثْنَتَا عَشْرَةَ	XIV.	أَرْبَعَةَ عَشَرَ	أَرْبَعَ عَشْرَةَ

	masc.	fem.		masc.	fem.
XV.	خَمْسَةَ عَشَرَ	خَمْسَ عَشْرَةَ	XVIII.	ثَمَانِيَةَ عَشَرَ	ثَمَانِيَ عَشْرَةَ [a]
XVI.	سِتَّةَ عَشَرَ	سِتَّ عَشْرَةَ	XIX.	تِسْعَةَ عَشَرَ	تِسْعَ عَشْرَةَ
XVII.	سَبْعَةَ عَشَرَ	سَبْعَ عَشْرَةَ		—	

Quae omnia indeclinabilia esse solent, excepto duodenario, qui in obliquo casu اِثْنَيْ عَشَرَ et fem. اِثْنَتَيْ عَشْرَةَ habet. Cum articulo dicitur exempli causâ aut اَلثَّلٰثَةَ ٱلْعَشَرَ, aut اَلثَّلَاثَةَ عَشَرَ.

203. Principalia a XX usque ad XC generis discrimine carent, diciturque

XX. عِشْرُونَ, XXX. ثَلٰثُونَ, XL. أَرْبَعُونَ, L. خَمْسُونَ, LX. سِتُّونَ, LXX. سَبْعُونَ, LXXX. ثَمَانُونَ, XC. تِسْعُونَ.

Haec sunt pluralia diptota; et eorum ope composita sic enuntiantur, ut exempli causâ XXI dicatur أَحَدٌ وَعِشْرُونَ, cum articulo ٱلْأَحَدُ وَٱلْعِشْرُونَ.

204. Reliqua sic nuncupantur: *centum* مِائَةٌ vel مِئَةٌ, (plur. مِئُونَ vel مِئَاتٌ, coll. plur. مِاًى), CC. مِائَتَانِ, CCC. ثَلَاثُ مِائَةٍ vel ثَلٰثُمِائَةٍ, et sic porro; veluti خَمْسُمِائَةٍ وَسَبْعَةٌ وَسِتُّونَ 567; tum *mille* أَلْفٌ, *bis mille* أَلْفَانِ, *tria millia* ثَلٰثَةُ آلَافٍ, سِتَّةَ عَشَرَ أَلْفًا *sedecim millia;* et sic in ceteris.

205. *Numeralia adiectiva*, quibus *ordo* significatur (*ordinalia*) haec sunt:

	masc.	fem.		masc.	fem.
1us	أَوَّلُ	أُولَى	4us	رَابِعٌ	رَابِعَةٌ
2us	ثَانٍ	ثَانِيَةٌ	5us	خَامِسٌ	خَامِسَةٌ
3us	ثَالِثٌ	ثَالِثَةٌ	6us	سَادِسٌ	سَادِسَةٌ

a) Scribitur quoque ثَمَانِي et ثَمَانٍ et ثَمَانَ.

	masc.	fem.		masc.	fem.
7us	سَابِعٌ	سَابِعَةٌ	11us	حَادِىَ عَشَرَ	حَادِيَةَ عَشَرَ
8us	ثَامِنٌ	ثَامِنَةٌ	12us	ثَانِىَ عَشَرَ	ثَانِيَةَ عَشَرَ
9us	تَاسِعٌ	تَاسِعَةٌ	13us	ثَالِثَ عَشَرَ	ثَالِثَةَ عَشَرَ
10us	عَاشِرٌ	عَاشِرَةٌ	14us	رَابِعَ عَشَرَ	رَابِعَةَ عَشَرَ

et sic porro. Sed, si compositis articulus praemittitur, prior vox declinatur, diciturque exempli causâ اَلرَّابِعُ عَشَرَ. — Saepe pro numeralibus adiectivis ipsa principalia numerorum vocabula usurpantur. Quod semper obtinet in nominibus denariorum عِشْرُونَ et ceteris; quae cum simplicibus infrà denarium composita sic enuntiantur, ut exempli causâ *vigesimus quartus* dicatur رَابِعٌ وَعِشْرُونَ, cum articulo اَلرَّابِعُ وَٱلْعِشْرُونَ.

D. DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO, RELATIVO ET INTERROGATIVO.

306. *Pronomen demonstrativum* simplex in solo numero duali declinabile est, sed pro differentiâ generis numerique sic variatur:

Sing. masc. ذَا (rarò ذَاهُ vel ذَائِهِ), *is*, *ille*, *hic;*
fem. ذِى (ذِهِ , ذِهِى), تِى (تِهِ , تِهِى) vel تَا;
Dual. masc. ذَانِ, in casu obliquo ذَيْنِ;
fem. تَانِ, in casu obliquo تَيْنِ;
Plur. comm. أُولَى et frequentius أُولَآءِ.

207. Sed plerumque cum praefixâ particulâ demonstrativâ هَا (*en*, *ecce*) hoc modo profertur:

Sing. masc. هٰذَا *iste*, *hicce;* fem. هٰذِهِ (rarò هٰذِى);

Dual. masc. هٰذَانِ; fem. هٰتَانِ;
Plur. comm. هٰؤُلَآءِ.

208. Et, quando aliquid demonstratur tanquam ei, cui dicitur, propinquum vel ad eum pertinens, pronomen personale secundae personae inseparabile annectitur, aut solum, aut per per praepositionem لِ. Itaque cum pronomine singulari masculino dicitur:

Sing. masc. ذَالِكَ vel ذٰلِكَ, et rariùs ذَاكَ, *ille;*
fem. تِلْكَ (pro تِيلِكَ), rariùs تَالِكَ et تِيكَ vel تَاكَ;
Dual. masc. ذَانِكَ, vel ذَانِّكَ (pro ذَانِلِكَ);
fem. تَانِكَ, vel تَانِّكَ (pro تَانِلِكَ);
Plur. comm. أُولَآئِكَ et أُولَاكَ, rariùs أُولَالِكَ.

Similiter cum pronomine personali feminino, duali aut plurali, pro varietate personarum, ad quas sermo fit: ut ذٰلِكِ, ذٰلِكُمْ, ذٰلِكُنَّ et ذٰلِكُمَا. Sin verò oratio non ad certas personas convertitur, pronomen sing. masculinum usurpari solet. — Etiam pronomini demonstrativo, quod particulam هَا praefixam habet (§ 207), pronomen personale secundae personae eodem sensu annecti potest, dicique exempli causâ هٰذَاكَ.

209. Haec pronomina demonstrativa usurpantur pro nominibus *adiectivis*, ideoque nominibus substantivis *adiunguntur*, ferè semper, si nomen substantivum, quocum construuntur, pronomen personale annexum habet; ut عَبْدِى هٰذَا *servus meus hicce;* et saepe, si nomini aliud nomen pro complemento subiunctum est: ut ابْنُ عَمْرٍو هٰذَا *filius Amri hicce.* Aliàs ipsis,

pro nominibus *substantivis* usurpatis, rerum vel personarum nomina adiunguntur: ut هٰذَا ٱلرَّجُلُ *hic vir*, هٰذِهِ رُؤُسُ ٱلْمُسْلِمِينَ *haec capita Moslemorum.*

210. Tanquam *pronomen relativum* usurpatur demonstrativum praefixo articulo, quod igitur in solo quoque duali numero declinabile est, ac tum cum antecedente nomine etiam casu convenit. Usitatissimae eius formae hae sunt:

Sing. masc. ٱلَّذِى *qui;* fem. ٱلَّتِى *quae, quod;*
Dual. masc. ٱللَّذَانِ; fem. ٱللَّتَانِ;
Plur. masc. ٱلَّذِينَ; fem. ٱللَّاتِى (forma collectiva plurativa).

Atqui pronomen hoc usurpari nequit, si antecedens, de quo refertur, nomen indefinitum est, ut exempli causâ dicatur: رَأَى رَجُلًا بِيَدِهِ ثَوْبٌ *vidit virum, in manu eius* (erat) *vestis*, pro *vidit virum*, cuius *in manu vestis erat.* Itaque hoc in casu enuntiationi relativae nihil praemittitur.

211. *Pronomen interrogativum* de personâ est مَنْ *quis? quae? qui?* de re مَا *quid?* Nullum in iis observatur generis, numeri casuumque discrimen, praeterquam quod مَنْ, si *solum* pronuntiatur, sic declinari potest, ut in singulari masculino Nominativus مَنُو, Genitivus مَنِى et Accusativus مَنَا proferatur, itemque femininam et pluralem dualemque accipiat terminationes; veluti, si quem dicentem, *Vidi aliquem*, interrogat alter: مَنَا *Quem?* — Usurpantur quoque, perinde ut vernacula *wie* et *wat*, citra interrogationem, *incertam et indefinitam personam* aut *rem* significantia. Itaque مَنْ valet *is qui* vel *ii qui*, مَا *id quod.*

212. Loco interrogativi pronominis adiectivi usurpatur vox declinabilis أَيٌّ (fem. أَيَّةٌ, *plur.* أَيُّونَ, fem. أَيَّاتٌ, *dual.* أَيَّانِ, fem. أَيَّتَانِ), ita ut cum nomine indefinito pro complemento in Genitivo casu subiuncto exempli causâ dicatur أَيُّ كِتَابٍ *quis liber?* proprie *quid libri?* in Genitivo أَيِّ كِتَابٍ *cuius libri?* et sic porro. Sic autem masculina forma etiam cum feminino nomine struitur: ut أَيُّ صُورَةٍ *quae forma?* proprie *quid formae?* — Sed construitur quoque cum complemento definito, ita ut exempli causâ أَيُّهُمْ *quis eorum?* أَيَّتُهُنَّ *quae earum?* significet. — In pluralem dualemve numerum non flectitur, nisi quando, postquam duarum pluriumve rerum aut personarum iniecta est mentio, deinde interrogatur, *Quaenam?* et nomen rerum aut personarum, quae intelliguntur, pro complemento non subiungitur, quia denuo id appellare non opus est. — In obliquâ interrogatione أَيٌّ idem significat ac مَنْ et مَا; sed cum his quoque construitur, et tunc أَيُّمَنْ valet *quisquis*, أَيُّمَا *quidquid.*

E. DE PARTICULIS.

1. *De particulis separatis.*

213. Multae particulae *primigeniae* sunt; cuius generis sunt illae affectionum voces, quas *interiectiones* nuncupamus, itemque plurimae particulae demonstrativae et interrogativae, ut هَا *en, ecce;* إِنْ vel إِنَّ et أَنْ vel أَنَّ, quae item proprie *en* vel *ecce* valent, sed variis modis transferuntur; ثَمَّ *ibi*, ثُمَّ *tum*, هَلْ *an?* aliaeque. Earum multas a pronominibus tertiae personae personalibus, demonstrativis et interrogativis proprie non di-

versas esse, forma ostendit aut nihil, aut parum differens. Sic pronomen 3ae pers. sing. fem. inseparabile هَا etiam *en* vel *ecce* valet; ذَا et ذِى pronomina demonstrativa sunt, sed إِذْ et إِذَا particulae demonstrativae, quae proprie *ibi* valent, sed etiam *quum* et *quando* transferuntur; هُنَّ pronomen 3ae pers. plur. femininum est, sed هُنَّا *hic* significat, quod eodem modo, ac pronomen demonstrativum (§ 207 et 208), cum particulâ هَا et pronomine secundae personae copulatur, ut dicatur هَاهُنَا sive هٰهُنَا *hîcce*, et هُنَاكَ vel هُنَالِكَ *illic;* et pronomen interrogativum مَا, *quid*, variis modis ut particula usurpatur, et *quantum*, aut simile quiddam, significat.

214. Pars earum vocum, quae particulae appellantur, proprie verba sunt vel nomina cum terminatione Perfecti pro verbo impersonali usurpata (§ 140 sqq.): ut عَلَّ *incidit, fors, occasio est*, sive potiùs *forte facit*, atque adeo *forsitan, fortasse*, valens. — Et maxima pars *adverbiorum* nihil aliud sunt, quàm nomina, ut complementa adverbialia, in Accusativo prolata: ut كَثِيرًا *multùm*, لَيْلًا *noctu*, بَعْدًا *distantiâ*, id est *pòst* vel *poné*.

215. Huiusmodi adverbium, si nomen in Genitivo casu aut pronomen ei subiungitur, *praepositio* dicitur: ut بَعْدَ سَنَةٍ *post annum*, et بَعْدَكَ *post te*, a بَعْدًا, omisso ob subiunctum complementum Tanvîne (§ 191). Similia sunt قَبْلَ *ante*, بَيْنَ *inter*, تَحْتَ *sub*, حَوْلَ *circum*, عِنْدَ *apud*. — Quaedam decurtata sunt. Sic pro مَعَ *cum* (ex adverbio مَعًا *simul, unà*) dicitur quoque مَعْ; et مِنَ, *ex*, dicitur tantùm ante articulum (§ 47), dum aliàs مِنْ profertur. — Animadverti autem debet, litteram ن

praepositionum مِنْ *ex*, *de*, عَنْ *ab*, et لَدُنْ *apud*, duplicari solere, quando pronomen 1ae pers. singulare annectitur, ac dici exempli causâ مِنِّى *ex me*. Rarò littera non duplicatur, diciturque مِنِى.

216. Praepositio cum subiunctâ enuntiatione constructa *coniunctio* nuncupatur; sed tunc ut plurimum enuntiationi, quae tanquam nomen pro complemento subiungitur, particula أَنْ vel أَنَّ aut مَا praemittitur, ut dicatur exempli causâ بَعْدَ أَنْ vel بَعْدَ مَا *postquam*, بَيْنَمَا *interea dum*.

217. Animadverti debet, quasdam praepositiones, quae in ـَى cadunt: ut إِلَى *ad*, et عَلَى *ἐπὶ*: principio in ـَىْ desiisse, et pristinam hanc terminationem adhuc servari, si pronomen personale inseparabile iis subiungitur; ut in إِلَيْكَ *ad te*, إِلَيَّ *ad me*. — Hic exitus ـَىْ proprie, ut comparatio linguae Hebraeae et Aramaeae demonstrat, terminatio pluralis est ante complementa usurpari solita. In nonnullis utraque, et singularis et pluralis, terminatio in usu est. Sic plerumque quidem dicitur حَوْلَهُ *circa eum*, sed etiam حَوْلَيْهِ. — In بَيْنَا (quod rarò ut praepositio sicut بَيْنَ *inter*, sed frequenter ut coniunctio usurpatur, valens *interea dum*) terminatio ـَا pro ـَى scripta esse videtur.

218. Si constructionis ratio non permittit, ut pronomen personale verbo pro complemento *annectatur*, pronomen inseparabile, quo solo *complementum* designari potest, subiungitur praepositioni إِيَّا; velut in إِيَّاكَ *te*, إِيَّاىَ *me*. Haec igitur praepositio idem significat, quod casus Accusativus in nominibus.

219. Permultae particulae compositae voces sunt, ut أَمَّا proprie valens *ecce quid?* — Non semper autem singulae partes in tali compositione integrae manserunt. Sic in إِلَّا *nisi*, ex إِنْ *si*, et لَا *non*, littera liquida ن cum ل coaluit; atque in إِلَامَ *quo?* ex إِلَى *ad*, et مَا *quid*, et in similibus, ultima vocalis longa, quum paenultima syllaba tolleretur, correpta est.

220. Nominatim monendum, multas praepositiones cum pronomine inseparabili 3ae pers. sing. masculino هُ ita compositas esse, ut litterâ ه elisâ sola vocalis ex pronomine remanserit. Sic بَعْدُ *postea*, et فَوْقُ *supra*, dicta sunt pro بَعْدَهُ *post id*, et فَوْقَهُ *super eo;* quemadmodum exempli causâ بَعْدِي, *post me*, ex eâdem praepositione بَعْدَ et pronomine 1ae personae ـِي compositum est (§ 195). Nunquam autem in linguâ eruditorum littera ه istius pronominis sic eliditur, nisi quando pro *infinito* complemento praepositioni subiungitur, adeo ut haec cum illo composita adverbii sensum accipiat.

2. *De particulis inseparabilibus.*

221. Particulae inseparabiles, quae, quia unâ tantùm litterâ constant, ideo in scribendo cum sequente voce coniunguntur, sequentes sunt:

1°. أَ *an? num?* interrogandi particula: ut أَمَاتَ *an obiit?* ءَأَنْتَ (§ 23) *tune?* أَإِذَا (§ 28) *an quando?* — Est quoque interiectio valens *ó!* quo sensu etiam cum vocali longo profertur et آ scribitur.

2°. بِ praepositio valens *cum*, *in*, etc.; ut بِشَيْءٍ *cum*, vel *in*, *re*, بِمَا *eo quod;* بِمَ *quo?* (§ 219).

3°. تَ praepositio valens *per* in iureiurando, ut تَاللّٰهِ *per Deum!*

4°. سَ particula breviata ex سَوْفَ μέλλει, *futurum est*, *eveniet* (§ 140), pro quo etiam سَفْ et سَوْ profertur. Praemittitur Imperfecto, ut سَتَجِدُ *futurum est ut invenias.*

5°. فَ coniunctio, quâ enuntiationes arctiore viculo inter se connectuntur, quaeque transfertur *ac*, *atque*, *tunc*, *itemque*, *ideoque*, *nam*, etc.; ut اذا حَاجَجْتَ فَلَا تَغْضَبْ فَإِنَّ ٱلْغَضَبَ *Quando disputas*, *t u n c ne irascaris: n a m ecce iram*, etc.

6°. كَ praepositio *instar* significans; ut كَرَجُلٍ *instar viri*, كَمَا *instar eius quod*, id est, *sicut*, *quemadmodum*. Sed كَمْ pro كَمَ (§ 219) proprie *instar cuius?* vertitur *quot* vel *quantum?*

7°. لِ *praepositio* valens *ad*, *ob*, vel idem ac Dativus casus in linguâ Latinâ. Vulgò cum *Kèsrá* profertur, ut لِرَجُلٍ *viro*, لِمَا *ob id quod;* sed لِمَ (§ 219), pro quo etiam لِمْ pronuntiatur, valet *ob quid?* id est *cur?* — Enuntiationi praeposita *coniunctio* est, et cum Iussivo constructa valet idem ac Gallicum *que* et vernaculum *dat*, cum Coniunctivo idem ac Latinum *ut;* veluti لِيَفْعَلْ *faciat*, لِيَفْعَلَ *ut faciat.* Si cum Iussivo construitur, et coniunctio فَ aut وَ praefigitur, particula لِ suam vocalem amittit: ut فَلْيَفْعَلْ *faciat ergo.* — Cum *Phat'há* profertur, quando pronomini personâli inseparabili praefigitur, ut لَكَ *tibi*, لَهُمْ *iis;* disparente tamen vocali in لِي *mihi* (§ 195). Eodem modo profertur in *acclamando* seu *vocando ad auxilium*

post interiectionem يَا: ut يَا لَلْعَرَبِ *heus Arabes!* Si tamen aliud nomen per coniunctionem وَ subiungitur et interiectio يَا non repetitur, secundo loco rursùm cum Kèsrâ pronuntiatur: ut يَا لَلْكُهُولِ وَلِلشُّبَّانِ *heus senes et iuvenes!* — Denique cum Phat'hâ pronuntiata *asseverandi particula* est, quâ enuntiationis pars, aut integra cum aliâ copulata enuntiatio, significanter antecedentibus subiungitur: ut إِنَّ ٱللَّهَ بِٱلنَّاسِ لَرَءُوفٌ *en verò Deus erga homines clemens est.* Saepe quoque particulae إِنْ *si* (proprie *ecce*) praefigitur, ac tunc scribitur لَئِنْ (§ 28) *profectò si* (proprie, *ecce verò*).

8°. وَ proprie *praepositio* est valens *cum*. Sed hoc sensu tantummodo in iureiurando usurpatur, ut in وَٱللَّهِ *cum Deo!* id est *per Deum!* — Plerumque *coniunctio* est, quâ enuntiatio (atque adeo in complexis sententiis pars enuntiationis) cum aliâ praecedente simpliciter *copulatur*, valetque *et*, *-que*, *autem*, *sed*, *dum*, etc. *Arctiorem* enuntiationum *nexum* فَ designat.

222. Praeterea praepositiones مِنْ *ex*, *de*, et عَنْ *ab*, pronominibus مَنْ et مَا ita praefiguntur, ut littera liquida ن cum م coalescat; veluti مِمَّنْ *ex quo?* عَمَّا *ab eo quod.* — Raró مِنْ cum articulo أَلْ in مِلْ coalescit; ut in مِلْ مَالِ *ex opibus*, quum vulgò dicatur مِنَ ٱلْمَالِ. Conferatur § 39.

223. Tum et articulum أَلْ nominibus praefigi, suprà iam dictum est (§ 38 et 190 sqq.) Nonnunquam etiam brevi enuntiationi relativae praemittitur, atque adeo idem valet ac pronomen ٱلَّذِى. Etiam hoc in casu, si prima enuntiationis vox nomen vel praepositio est, huic praefigitur; velut in عَلَى ٱلْمَعَهْ

πρὸς τοὺς μετ' αὐτοῦ, *ad eos qui cum eo erant;* sed seorsùm scribitur, si prima vox verbum est.

224. Aliquando denique interiectiones هَا et يَا in scribendo cum sequente voce iunguntur, sique prima eius vocis littera ا est, scribitur exempli causâ هَأَنْتُمْ et يَأَيُّهَا pro هَا أَنْتُمْ, *ecce vos*, et يَا أَيُّهَا *heus, quisquis est* (§ 21).

F. DE PRONUNTIATIONE VOCUM IN PAUSÂ ET IN AFFECTU.

225. In *pausâ*, id est in fine sententiarum earumque membrorum, vocales illae breves, quibus in linguâ eruditorum differentia flexuum grammaticorum significatur, atque adeo Tanvîn quoque, in pronuntiando omittuntur. Itaque *kadám* profertur pro قَدَمَ, *jakdóm* pro يَقْدُمُ et يَقْدُمْ; *kadamt* pro قَدَمْتَ, قَدَمْتِ et قَدَمْتُ; *kâdém* pro قَادِمٌ et قَادِمٍ; *kâdemûn* pro قَادِمُونَ, *kâdemîn* pro قَادِمِينَ; *kâdemâ* pro قَادِمَةٌ, قَادِمَةٍ et قَادِمَةً; *kâdemât* pro قَدِمَاتٌ et قَادِمَاتٍ. Sed فَتًى pronuntiatur, sicut in linguâ vulgari, *phatâ;* et similiter in Accusativo casu قَادِمًا *kâdemâ.* — Omitti quoque solet terminatio ـٍ, etsi pro *i-un* vel *în* est (§ 15), ut in قَاضٍ; quamquam licitum est, solo Tanvîne omisso, pronuntiare قَاضِي. Quidam e contrario etiam pro الْقَاضِي in pausâ الْقَاضْ efferri posse opinantur. Certe, si vox in longum *î* desinit et paenultima syllaba longa est, extremam vocalem longam in pausâ corripere licet, ut exempli causâ اَلتَّلَاقِ (*ettalâke*) scribatur et pronuntietur pro اَلتَّلَاقِي. — Eodem modo *i* in pronomine primae personae singulari ـِي et ـنِي corripitur, praesertim in vocando vel imperando, quum elatiore tono proferatur syl-

laba paenultima: ut يَا قَوْمِ ٱتَّبِعُونِ *heus popule mi! sequimini me!* pro يَا قَوْمِي ٱتَّبِعُونِي. Ac pariter, quum Accusativi terminatio ـًا in pausâ *á* pronuntietur, etiam haec vocalis in vocando corripi potsst: ut يَا غُلَامَ *heus puer!* pro يَا غُلَامًا. — Etiam vocalis brevis in pronominibus inseparabilibus هُ, كَ et هِ (vel ه) in pausâ non pronuntiatur. — Denique in leviori Iussivi et Imperativi formâ paragogicâ littera ن omittitur, sed vocalis brevis producitur, ut exempli causâ يَقْدُمَا dicatur pro يَقْدُمَنْ, تَقْدُمِي pro تَقْدُمِنْ.

226. Vocalis brevis, quae ita in pausâ omittitur, nihilominus scribi solet, praeterquam in nonnullis vocibus, quae nunquam nisi in pausâ usurpantur, velut in نَعَمْ *gratum est*, pro نَعَمَ.

227. Vocali brevi, quae manet in pausâ, additur nonnunquam in scripturâ littera ه. Sic scribitur لِمَهْ pro لِمَ *cur?* هُوَهْ *is*, et هِيَهْ *ea*, pro هُوَ et هِيَ; يَرْمِهْ pro يَرْمِ (Iuss. a verbo رَمَى), et أَرْضَهْ pro أَرْضَ (Imper. a verbo رَضِيَ). Et semper istud ه adscribitur Imperativo verbi dupliciter imperfecti, quando unâ tantùm litterâ constat neque pronomen annectitur, ut in قِهْ *cave*, تِهْ *veni*, et رَهْ *vide*, pro قِ (§ 110), تِ (§ 125) et رَ (§ 132).

228. Si qua vox in *affectu* pronuntiatur, ultima vocalis brevis produci potest, et verò quoque addi littera ه, ut vox etiam magis protrahatur. — Praeterea in condolendo voci loco terminationis grammaticae aliquando annectitur interiectio اهْ, diciturque exempli causâ وَا زَيْدَاهْ *eheu Zeidus!* pro وَا زَيْدُ. Similiter وَا عَبْدَ ٱلْمَلِكَاهْ *eheu Abdelmalekus!* pro وَا عَبْدَ ٱلْمَلِكِ. Scri-

bitur quoque زَيْدَا وَا sine ه. — Denique, si quis admirans, stupens, ridens vel addubitans, quod ab alio dictum est repetit, annectitur interdum syllaba ـِيهْ; ut, si quem dicentem, هٰذَا زَيْدٌ *Hic Zeidus est*, interrogat alter أَزَيْدُنِيهْ *Zeidusne? profectó!* pro أَزَيْدٌ إِى.

III.

DE USU FORMARUM GRAMMATICARUM.

A. DE USU MODORUM VERBI.

1. *De usu Perfecti et Imperfecti.*

229. *Perfecto* id, de quo dicitur, *iam esse*, aut, si verbum actionem significat, id *actum esse*, designatur. Contraria *Imperfecti* vis est: hic enim modus aliquid *fieri*, *accidere*, *futurum esse* aut *actum iri* significat. Singulatim sequentia monere sufficiat.

a. *De usu Perfecti.*

230. Perfectum, si verbum qualitatem aut conditionem significat, plerumque Latino *Praesenti*, aut, si de tempore praeterito sermo est, *Praeterito imperfecto* respondet: sed, si actionem denotat verbum, vim *Praeteriti perfecti* obtinere solet.

231. In enuntiatione, quae, ut adiunctum vel accidens quoddam designetur, cum alio verbo in Perfecto construitur aut copulatur, aliquid iam *antè factum fuisse* significat; et tunc huic Perfecto, nisi coniunctio *quando*, *postquam* aut simile

quiddam significans usurpatur, saepissime particula قَدْ praemittitur, quae quid proprie significet, me adhuc latet. Sic وَجَدْتُهُ قَدْ خَرَجَ *inveni eum, egressus est*, i. e. *inveni eum egressum;* وَصَلْتُ وَقَدْ خَرَجَ *adveni, quum iam egressus erat.* — Frequentissime Perfectum ita construitur cum Perfecto verbi substantivi كَانَ; quomodo idem plerumque significatur, ac Latino *Praeterito plus quam perfecto;* veluti كُنْتُ قَدْ رَبَّيْتُ جَارِيَةً *eram educavi* (i. e. *educaveram*) *puellam;* كَانَ خَرَجَ *erat exiit*, i. e. *exierat.* — Pariter, si Imperfecto verbi substantivi Perfectum alîus verbi subiungitur, hac ratione sensus *Futuri exacti* exprimitur: ut أَكُونُ خَرَجْتُ vel أَكُونُ قَدْ خَرَجْتُ *ero exii*, id est *exiero.*

232. Saepe Perfecto aliquid enuntiant Arabes, dum id non reverâ iam esse aut factum esse significare volunt, sed *tanquam perfectum animo proponunt.* Sic non tantùm saepe aliquid tanquam factum enuntiant, quod eo ipso temporis momento, quo dicitur, *fit;* ut si dicunt أَعْطَيْتُكَ هٰذَا ٱلْكِتَابَ *donavi te hoc libro*, quum his ipsis verbis donatio fiat: — sed etiam frequentissimus Perfecti usus est, quando aliquid *futuro* tempore perfectum esse cogitatur, velut in conditionalibus similibusque sine coniunctione connexis enuntiationibus, quibus aliquid *esse ponitur:* ut إِنْ فَعَلْتَ شَكَرْتُكَ, proprie *en, factum est a te, — grato erga te animo sum;* i. e. *si facis, gratias tibi habeo;* خَاطَرَ مَنْ رَكِبَ ٱلْبَحْرَ *periculo se exponit, qui vehitur mari.* Quare, si in tali enuntiatione aliquid *antè factum* significandum est, dici debet exempli causâ إِنْ كُنْتَ فَعَلْتَ شَكَرْتُكَ *si fecisti, gra-*

tias tibi habeo. — Similiter [in optando et bene aut male precando: ut جُعِلْتُ فِدَاكَ proprie *constitutus sum lytrum tuum;* sed, quum eo tono proferatur, ut optari significetur, sensus est: *constitutus sim*, sive *constituar*, *lytrum tuum!* لَعَنَهُ ٱللّٰهُ *exsecretur eum Deus!*

233. Denique est notandum, Perfecti 4tae formae 3iam pers. sing. masculinam praemissâ interrogativâ particulâ مَا *quid*, sive *quàm*, et nomine in Accusativo casu subiuncto vel annexo pronomine personali, in sermone Arabico usurpari, ut, qui loquatur, significet, se in re aut personâ, quam subiunctum nomen vel pronomen designet, id admirari, quod 1mâ verbi formâ denotetur. Sic مَا أَفْضَلَ زَيْدًا significat: *mirum quàm praestans*, sive *praestantissimus homo*, *Zaidus est!* مَا أَعْلَمَنِي *optime novi.* Sed proprius sensus esse videtur, ut prius exemplum linguâ vernaculâ transferri queat, *wat heeft het Zaid voortreflijk gemaakt!* id est: *quàm praestans factus est Zaidus!* Verbum enim in tertiâ personâ sing. masculinâ impersonaliter in hac loquutione usurpari videtur, ita ut incertum et indefinitum, quod animo obversatur, subiectum (grammatici Arabici in tali loquutione Deum esse putant) reticeatur; quod quia Latinae linguae consuetudini non convenit, obiectivâ seu passivâ verbi formâ utendum est. — *Verbum admirandi* hanc loquutionem nuncupant grammatici Arabici. Quum autem Perfecti 4tae verbi formae 3tia pers. sg. masculina similis sit obliquo casui eius nominum formae, quâ gradum superlativum Arabes exprimunt, atque etiam sensus conveniat; hinc factum esse videtur, ut, quasi haec *nominis* forma esset, non facilè derivetur a verbis,

quae colorem aut deformitatem significant (§ 152), utque etiam formâ deminutivâ enuntietur: exempli causâ مَا أُمَيْلِحَهَا *quàm pulchella est!* At *verbum* esse, quum luculenter demonstret Accusativus subiuncti nominis casus et annexum pronomen personale, maxime primae personae ـنِى; tum comprobat simile Imperativi 4tae formae in admiratione usus, de quo mox § 236. *Si de praeterito tempore sermo est,* كَانَ praemittitur; exempli causâ مَا كَانَ أَوْضَعَهُ *quàm humilis fuit* (sive *erat*) *!*

b. *De usu Imperfecti.*

234. Imperfectum aut Latino *Praesenti*, aut *Futuro*, aut, si de tempore praeterito sermo est, *Praeterito imperfecto* respondet. Itaque frequens quoque eius usus est in enuntiatione, quae, ut adiunctum vel accidens quoddam significetur, cum alio verbo in Perfecto construitur: ut أَتَى إِلَى مَآءٍ يَشْرَبُ *venit ad aquam, bibet*, i. e. *venit bibitum* sive *ut biberet;* سَمِعْتُهُ يَقُولُ *audivi eum, dicebat*, i. e. *audivi eum, quum diceret*, sive *dicentem;* دَخَلْنَا عَلَيْهِ وَهُوَ يَجُودُ بِنَفْسِهِ *intrò ad eum venimus, et ille* (sive *dum*) *dabat animam suam.* Sic frequenter cum Perfecto verbi substantivi: ut كَانَ يَفْعَلُ *erat facit*, i. e. *faciebat; erat faciet*, i. e. *facturus erat;* aut *est faciet*, i. e. *facturus est;* aut denique *est in eo casu, ut faciat*, i. e. *facit.*

2. *De usu Imperativi et Iussivi.*

235. Ut qui loquatur, *se* id, quod verbo significetur, *velle* declaret, in linguâ Arabicâ Imperativus et Iussivus usurpantur. Et *Imperativus* quidem, si quis *alterum alloquens ali-*

quid iubet. — Sed, si quid *in tertiâ personâ iubetur, Iussivus* usurpatur praefixâ coniunctione لِ (§ 221, 7°.), ut لِيَقُلْ *dicat:* itemque, tam *in secundâ*, quàm in *tertiâ personâ*, quoties aliquid *vetatur*, praemissâ negandi particulâ لَا: ut لَا تَقُلْ *ne dicas.*

236. Singularis usus est *Imperativi* 4tae verborum formae *in admiratione*, nomine vel pronomine rei aut personae, in quâ id, quòd 1ma verbi forma significat, admirationis causa est, per praepositionem بِ subiuncto: veluti أَسْمِعْ بِهِمْ وَأَبْصِرْ *mirum quàm audiunt et vident!* Fortasse proprius sensus est: *fac audire cum iis et videre*, id est, *si quem audientem et videntem facias*, sive *animo tibi fingas, eum audire et videre tibi finge sicut illi audiunt et vident.* Multò frequentiùs in admiratione usurpatur formae 4tae Perfectum (§ 233).

237. *Iussivi* frequens usus est in conditionalibus similibusque sine coniunctione connexis enuntiationibus, quibus, qui loquitur, *aliquem iubet cogitare sive animo proponere casum:* ut إِنْ يَظْهَرُوا عَلَيْكُمْ يَرْجُمُوكُمْ *si potiantur vestrûm, lapidabunt vos;* proprie linguâ vernaculâ: *zie, laten zij u magtig worden* (vel *stel* het geval, *dat zij u magtig worden*), *ze zullen* (proprie *moeten*, id est *dan moet gij u*, vel *men zich, voorstellen, dat zij*) *u steenigen;* مَنْ يُجَرِّبْ يَزِدْ عِلْمًا *qui experiatur, augebitur scientiâ;* مَا تَفْعَلُوا مِنْ خَيْرٍ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ *quicquid faciatis boni, sciet Deus;* أَيْنَمَا تَكُونُوا يُدْرِكْكُمُ ٱلْمَوْتُ *ubi sitis, assequetur vos mors.* — Similiter, quando in priore membro Imperativus usurpatur; ut كُنْ قَنِعًا تَكُنْ غَنِيًّا *esto contentus, sic eris dives;* quasi dicas linguâ vernaculâ: *wees te vreden, zoo moet* (pro quo dicere solemus *zult*) *gij rijk zijn.* — In priore mem-

bro usurpari quoque potest Perfectum verbi substantivi cum subiuncto alîus verbi Imperfecto (§ 234): مَنْ كَانَ يُرِيدُ حَرْثَ ٱلْآخِرَةِ نَزِدْ لَهُ فِي حَرْثِهِ *qui vult colere arvum vitae futurae, augebimus ei in culturâ eius.* Quum autem in priore membro Perfectum verbi substantivi usurpetur, etiam in posteriore membro Perfectum consequi potest ex § 232.

238. Singularis Iussivi usus est post particulas لَمَّا *nondum*, et لَمْ *non;* post quas hic modus vim et significationem Perfecti obtinet: ut لَمَّا يَقُلْ *nondum dixit*, لَمْ يَقُلْ *non dixit.* — Post particulam لَمَّا, quum *nondum* significet, *Imperfectum* usurpari, nemini mirum videatur; nam *nondum dicit* idem valet ac *nondum dixit;* et لَمْ ex لَمَّا per frequentissimum usum breviatum esse videtur, quum vulgò Arabes dicere consuevissent *nondum dicit* pro *non dixit.* Quòd autem non *Imperfectum*, sed *Iussivus*, post has particulas usurpatur, id fortasse reliquum est ex antiquissimâ linguae aetate, quum nondum invaluisset horum modorum differentia, atque adeo ea forma, quae nunc Iussivo propria est, etiam pro Imperfecto usurparetur. — Ceterùm in enuntiationibus negativis pro لَا cum Perfecto fere semper لَمْ cum Iussivo usurpatur: diciturque exempli causâ: لَمْ يَكُنْ خَرَجَ *non exierat* (§ 231); إِنْ لَمْ تُجِبْ قَتَلَكَ *si non pares, interficit te;* إِنْ فَعَلْتَ لَمْ يَقْتُلْكَ *si facis, non interficit te;* إِنْ لَمْ تَكُنْ فَعَلْتَ قَتَلَكَ *si non fecisti, interficit te* (§ 232); لَمْ يَكُنْ يَفْعَلُ *non faciebat* (§ 234). — لَا cum Perfecto rariùs usurpatur, praeterquam in enuntiatione cum aliâ enuntiatione negativâ per coniunctionem وَ copulatâ (ut لَمْ أَسْمَعْ وَلَا رَأَيْتُ *non audivi nec vidi*), atque in optando et bene aut male precando

(§ 232), nec non in iure iurando: ut وَحَيوةِ فِرْعَوْنَ لَا خَرَجْتُمْ مِنْ هُهُنَا *per vitam Pharaonis, non exibitis hincce!*

3. *De usu Coniunctivi.*

239. Coniunctivus quasi obliquus Iussivi casus est. Itaque semper quidem voluntatem, consilium, propositum, aut casum, qui cogitari iubetur, significat; sed in enuntiatione, quae alii *subiungitur* aut per *coniunctionem* construitur. — Usurpatur ita:

1°. post coniunctionem لِ *ut*, quippe quae proprie praepositio est, *ad* significans (§ 221, 7°.), ideoque finem denotat, qui spectatur: veluti قَامَ لِيَفْعَلَهُ *surrexit eo consilio ut faceret id.*

2°. post كَيْ et composita لِكَيْ et لِكَيْمَا ὅπως, كَيْلَا et لِكَيْلَا ὅπως μή.

3°. post أَنْ, quae particula demonstrativa (§ 213), idem fere valens ac Gallicum *que*, vernaculum *dat* et Germanicum *dafs*, praemitti solet enuntiationi, quae tanquam nomen partem alîus enuntiationis constituit. Usurpatur autem in tali enuntiatione Coniunctivus, quoties *casus quidam cogitari iubetur:* ut لَا يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ أَنْ يَفْعَلَ ذٰلِكَ *non decet prudentem hoc facere;* أَخَافُ أَنْ يَفْعَلَ *metuo, ne faciat.* — Sed, quando aliquid esse aut fieri, vel futurum esse aut factum iri, *narratur aut indicatur*, Perfecto aut Imperfecto utendum est: veluti أَعْلَمُ أَنْ يَفْعَلُ *scio, eum facere*, sive *facturum esse.* Attamen rarò Imperfectum ita post أَنْ usurpatur, quum potiùs aliquâ voce aut particulâ interpositâ ab hac coniunctione separetur. — Semper Coniunctivus sequitur post compositum أَلَّا (ex أَنْ لَا) et لِئَلَّا *ne, ut ne:* nisi enim Coniunctivus sequatur, separatim scribitur أَنْ لَا.

4°. post لَنْ, quod ex لَا أَنْ compositum, proprie valet *non est ut:* veluti لَنْ يَفْعَلَ *non est, ut faciat*, id est *nequaquam faciet.*

5°. post coniunctionem حَتَّى *adeo ut, usque adeo dum* sive *donec*, quae proprie praepositio est valens *ad, usque ad.* Construitur cum Coniunctivo, quoties *casus quidam cogitari iubetur:* ut كَانُوا يَقُونَهُ حَتَّى يُصْرَعُوا حَوْلَهُ *defendebant eum, donec sternerentur circa eum.* Nam, si quid *narratur* tantùm aut *indicatur*, etiam huic coniunctioni Perfectum vel Imperfectum subiungitur: ut مَرِضَ حَتَّى لَا يَرْجُونَهُ *aegrotavit, adeo ut desperarent* (vel potiùs, *atque adeo desperabant*) *de eo.* Rarus tamen post hanc coniunctionem usus est Imperfecti.

6°. post أَوْ *aut*, ita ut propter sequentem modum volendi haec particula *nisi forte* valeat: ut لَأَقْتُلَنَّهُ أَوْ يُسْلِمَ *profectò interficiam eum, aut* (sive *nisi forte*) *Moslemus fiat:* nam sensus est: *aut pone hunc casum, eum Moslemum fieri.* Similiter, quando diversi casûs cogitari iubentur, et repetita coniunctio *sive* transferenda est; ut, *Nihil ad te attinet*, أَوْ يَتُوبَ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبَهُمْ *sive ignoscat iis, sive puniat eos.*

7°. post فَ *ac, atque* (§ 221, 5°.), quando in antecedente enuntiatione modus volendi (Imperativus, Iussivus vel Coniunctivus) usurpatus est, vel saltem aliqua ei subest voluntatis significatio, atque eâ coniunctione aliquid subnectitur, quod ex antecedente pendet aut consequitur. Coniunctio tunc *ut, ita ut*, vel, si negativa enuntiatio antecedit, *ne*, transfertur. Exempla: اغْفِرْ لِى يَا رَبِّى فَأَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ *ignosce mihi, Domine mi, ac* (sive *ut*) *veniam in Paradisum;* لَا تُؤَاخِذْنِى فَأَهْلِكَ *ne*

castiges me, *ac* (sive *ut ne*) *peream;* هَلْ زَيْدٌ فِى ٱلدَّارِ فَأَمْضِىَ إِلَيْهِ *Zeidusne domi est, ut me conferam ad eum?* sensus enim est: *scire volo, an domi sit, ac tunc me ad eum conferam.* — Similiter interdum

8°. post simplicem particulam copulativam وَ, adeo ut valeat *quum* vel *ita ut simul.* Exempla: لَا تَنْهَ عَنِ ٱلْخُلْقِ وَتَأْتِىَ مِثْلَهُ *ne vetes aliquam agendi rationem, quum* (vel *ita ut simul*) *facias aliquid simile;* هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *num edes pisces, quum* (vel *ita ut simul*) *bibas lac?* nam sensus est: *nolo te edere pisces et simul bibere lac.* — Denique

9°. post إِذَنْ *tunc*, si casus quidam cogitari iubetur; ut si quis dicenti, *Invisam te*, respondet: إِذَنْ أُكْرِمَكَ *tunc honorifice te excipiam;* seu proprie: *tunc ita statue, me te honorifice exceptarum esse.*

4. *De usu formae modorum volendi paragogicae.*

240. Est haec forma paragogica *expressior* quaedam *voluntatis significatio.* — In *imperando* annexa Imperativo syllaba paragogica per *age*, *quaeso*, aut similem interiectionem, reddi potest. — Sed *Iussivi* seu *Coniunctivi* forma paragogica ad voluntatem significandam non tantùm ibi adhibetur, ubi etiam simplex horum modorum forma usitata est, ita ut tantummodo expressior enuntiandi modus sit: sed potissimum usurpatur in iis casibus, in quibus formâ simplici uti insuetum est. Itaque frequentissimus eius usus est, si quis *se aliquid velle*, aut *animi sui propositum*, *in primâ personâ* pronuntiat (coll. § 235); et tunc, nisi negativa enuntiatio est et negandi particula لَا

praemittitur, semper particula asseverandi لَ praefigitur (§ 221, 7°.): ut لَأَفْعَلَنَّ *profectò facere volo.* In *tertiâ* et *secundâ* personâ *optationem* significat: ut لَا تَقُولَنَّ *ne dicas, quaeso.* Et in omnibus personis frequenter usurpatur, ubi *significanter casus* quidam *cogitari iubetur;* atque ut plurimum, nisi interrogativa enuntiatio est, particula لَ praefigitur, adeo ut id, quod cogitari iubeatur, simul factum iri asseveretur: ut لَيَقُولُنَّ *non dubium quin dicturi sint.*

5. *De usu Participii et Infinitivi.*

241. Impersonales verbi modi, Participium et Infinitivus, nomina sunt. — *Participium* nomen quidem (§ 150), sed hoc ipso verbi modus est Perfecto et Imperfecto contrarius, quo id, quod verbum significat, ut rei vel personae *status* enuntiatur, sive de praesenti tempore sermo sit, sive de praeterito vel futuro: quare diversissimis modis in Latinum sermonem convertendus est. Pauca exempla subscribimus: هُوَ نَائِمٌ *dormit;* قَالَ وَأَنَا جَالِسٌ *dixit, et* (sive *dum*) *ego considebam*, vel potiùs *dixit me considente;* كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omne animans gustabit* (sive *omnis animantis est gustare*) *mortem;* هُوَ مَقْتُولٌ *hic eius status est, ut interficiatur*, sive *est interficiendus.* — Quia vero idem sensus, ut *statum* significent, omnibus nominibus, atque adeo pronominibus et praepositionibus, communis est; ideo, si praedicatum nomine quopiam vel pronomine aut praepositione cum suo complemento significatur, nunquam copula inter subiectum et praedicatum per Participium verbi abstracti seu substantivi كَانَ exprimitur: ut هُوَ بَشَرٌ *is mortalis*, i. e. *est morta-*

lis; هُوَ فِى ٱلْبَيْتِ *est in domo;* هُوَ أَنَا *is ego* (sum). — De *Infinitivo*, omnium modorum infinitissimo, videantur, quae suprà diximus § 147.

B. DE USU CASUUM NOMINIS.

1. *De usu Nominativi.*

242. De Nominativo casu praeter ea, quae suprà dicta sunt § 186 et 199, pauca tantùm monenda supersunt. — Est casus, quo aliquid simpliciter *nominatur.* Itaque eo quoque ut plurimum enuntiatur nomen, quod ad maiorem significantiam *seorsùm ante enuntiationem* collocatur, dum in subsequente enuntiatione eadem res vel persona per pronomen significatur, veluti ٱللّٰهُ رَسُولُهُ عِنْدَكُمْ *Deus — legatus eius apud vos est.* Praecipue autem *subiectum* enuntiationis hoc casu significatur: et verò etiam nomen (vel pronomen), quod ita seorsùm ante enuntiationem profertur, pro subiecto habendum esse videtur, cuius praedicatum sit sequens enuntiatio. Itaque vertendum: *Deus est, cuius legatus apud vos est.*

243. Tum etiam, quando Infinitivus, Participium aut nomen Adiectivum pro parte enuntiationis cuiuspiam usurpatum est, in Nominativo casu subiungi potest nomen, quo declaretur actionis, conditionis, qualitatisve enuntiatae *subiectum;* et verò hoc casu uti necesse est, si alio modo subiectum illud significare non licet. Exempla: عَذَّبَ زَيْدًا تَعْذِيبَهُ ٱسْمَعِيلُ أَبُو زَيْدٍ *cruciavit Zaidum, quemadmodum cruciaverat eum* (ad verbum *cruciatu eius*) *Ismaël, pater Zaidi;* مَرَرْتُ بِٱمْرَأَةٍ حَسَنٍ وَجْهُهَا

praeterii mulierem pulchro vultu, sive *cuius pulcher erat vultus* (ad verbum *mulierem pulchrum vultus eius*); *Duc nos* مِنْ هٰذِهِ ٱلْقَرْيَةِ ٱلظَّالِمِ أَهْلُهَا *ex hoc oppido iniustis incolis* (ad verbum *iniustis incolae eius*); وَيْلٌ لِلْقَاسِيَةِ قُلُوبُهُمْ *vae duris corde* (ad verbum *duris corda eorum*). Tantummodo post Infinitivum *necessarius* esse *potest* casus Nominativus; videlicet, quotiescunque subiecti vocabulum in Genitivo ut complementum nominale subiungi *nequit*. Post Participium aut nomen Adiectivum usurpari quidem potest Genitivus vel Accusativus: sed in multis casibus *praefertur* Nominativus casus, *subiectum* denotans. Nam, quando cum nomine vel pronomine (quod tamen etiam reticeri potest) construitur Adiectivum (vel Participium) aliquid denotans, quod *partim* tantum aut *per adiunctum* vel *accidens* rei aut personae, de quâ sermo est, convenit; uti quando Latine dicimus, *Euge virum integrum vitae* (sive *vitâ*) vel *Euge integrum vitae* (sive *vitâ*): tunc igitur, ut *verum* designetur subiectum, in linguâ Arabicâ saepe praefertur, nomen, quod *partem, adiunctum* vel *accidens* significat, Nominativo casu enuntiare; dum antecedens Adiectivum (vel Participium), huius veri subiecti praedicatum significans, cum nomine vel pronomine rei aut personae, de quâ sermo est, solo *casu* congruere faciunt: nam *genus* et *numerus* (ut exempla, quae allata sunt, comprobant) ei tribuuntur tanquam praedicato veri illius subiecti, quod consequitur. Latine hoc in casu dicitur (si nomen saltem rei aut personae, de quâ sermo est, exprimitur): *virum integrae vitae* sive *integrâ vitâ*; ita ut nomen, quod partem, adiunctum vel accidens designat, in casu obliquo relinquatur,

sed antecedens adiectivum non tantum genere et numero, sed etiam casu, cum hoc veri subiecti nomine congruat.

244. Si particula negandi لَا ita cum nomine construitur, ut sensum verbi impersonalis obtineat, nomen subiecti, quod *esse* negatur, pro Nominativo casu, ut suprà vidimus (§ 141), terminationem 3tiae pers. sing. masculinae Perfecti accipit. Hîc verò monendum est, si cum tali nomine in verbum converso aliud nomen per coniunctionem وَ copulatur, hoc posterius Nominativo casu, ut *subiectum*, enuntiari posse: nam satis est semel impersonale illud verbum *est* per terminationem nominis significare. Itaque dicitur لَا رَجُلَ وَٱمْرَأَةٌ فِى ٱلدَّارِ *non vir est feminave est in domo*, aut - - لَا رَجُلَ وَٱمْرَأَةٌ *non vir est feminave*- - . Sique negandi particula repetitur, pro lubitu aut utrumque, aut alterutrum nomen cum terminatione Perfecti profertur, veluti لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ إِلَّا بِٱللّٰهِ *non vis est neque potentia est nisi in Deo*, vel لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةٌ *non vis est neque potentia*, vel لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةَ *non vis neque potentia est;* vel denique, quum prius Nominativo casu enuntietur, etiam posterius eodem casu adiungitur, diciturque لَا حَوْلٌ وَلَا قُوَّةٌ *non vis neque potentia* (est). Quare etiam, si alîus generis enuntiatio per وَلَا annectitur, in priore nomen post لَا casu Nominatio proferri potest: ut لَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ *non metus* (est) *super illis* (i. e. *non est illis metuendum*) *neque illi tristabuntur.* — Pariter autem, si quando nomini post لَا cum terminatione Perfecti enuntiato nomen Adiectivum vel Participium adiungitur, hoc aut cum eâdem terminatione, aut simpliciter Nominativo casu profertur: ut لَا رَجُلَ نَائِمَ فِى ٱلدَّارِ *non est vir dormiens in domo*, aut - - لَا رَجُلَ نَائِمٌ. —

Monemus quoque, quod probe animadvertendum est, nomen post لَا ita Perfecti terminationem non accipere, nisi quando per constructionem cum hoc nomine *impersonalis verbi* obtinet sensum. Hoc enim locum non habet, si subiectum nomen definitum vel pronomen est, ut si dicitur لَا زَيْدٌ مَرِيضٌ *non Zaidus aeger est;* aut, si nomen subiecti, licet indefinitum sit, non proxime particulam negandi consequitur, ut si dicitur لَا فِى ٱلدَّارِ رَجُلٌ *non est in domo vir* (nam ita per constructionem cum vocibus فِى ٱلدَّارِ particula verbi impersonalis iam obtinuit sensum, et رَجُلٌ simpliciter in Nominativo, ut subiectum, adiungitur); aut denique, si cum nomine indefinito, sed quod complementum quoddam aut terminationem dualem vel pluralem masculinam habet, ita constructa est negandi particula لَا, ut sensus nominis, *nemo* vel *nihil* sive *nullus* vel *nullum* valentis, ei subiiciatur (quâ de re infrà). Hic tamen sensus ei non subiicitur, si construitur cum nomine indefinito, quod terminationem pluralem femininam ـَاتٌ habet: tunc enim nomen, perinde ac singulare, cum terminatione Perfecti tanquam verbum impersonale profertur: veluti لَا بَنَاتَ فِى ٱلدَّارِ *non sunt filiae in domo f*.

---

f) Video grammaticos statuere, licitum quoque esse لَا بَنَاتِ dicere. Videlicet falsò opinantur, terminationem *a* post لَا in nominibus singularibus casum Accusativum esse, nescio quam ob causam absque Tanvine prolatum: ex quo ergo conficiunt, etiam pluralia cum terminatione femininâ in casu obliquo absque Tanvine proferri posse. Atqui, si vera esset haec eorum opinio, ne liceret quidem لَا بَنَاتَ dicere.

2. *De usu Genitivi.*

245. Genitivo casu enuntiatur nomen, quod pro complemento subiungitur alii nomini vel praepositioni (§ 215), ut per hanc *constructionem* utriusque eius, quod utrâque voce designatur, significetur *coniunctio*, atque adeo antecedentis notio per notionem consequentis circumscribatur definiaturve. Sic vel nomina propria aliquando definiuntur: ut طَرَابُلُسُ ٱلشَّامِ *Tripolis Syriae*, زَيْدُ ٱلْخَيْلِ *Zaidus equorum* (altor). Item pronomina: ut interdum مَا; exempli causâ مَا رَأْيٍ *quid consilii?* et frequentur ذُو (§ 193), veluti ذُو ٱلْعَقْلِ *qui intelligentiae* (est), sive *cui coniunctio cum intelligentiâ est*, id est *intelligentiâ praeditus*, *homo intelligens*.

246. Nomina formae أَفْعَلُ, quorum idem sensus est, ac gradûs adiectivorum *comparativi* vel *superlativi* in linguâ Latinâ (§ 152), in Arabicâ plerumque *substantivorum* habent vim, atque adeo nomen rei aut personae pro complemento in Genitivo subiunctum habent, quo designetur, *cuius generis* sit illud, quod antecedente nomine significetur. Sic أَفْضَلُ آمْرَأَةٍ *praestantissimum feminae*, i. e. *praestantissima femina;* أَفْضَلُ رَجُلَيْنِ *duo viri praestantissimi;* أَفْضَلُ رِجَالٍ *praestantissimi viri*, أَفْضَلُ نِسَاءٍ *praestantissimae feminae.* Animadverti verò debet, complementum, si *definiendum* est, necessariò, quum ita *universum* genus significet, plurale vel collectivum aut collectivum plurativum nomen (vel pronomen) esse: itaque, utrùm de unâ re vel personâ, an de duabus vel pluribus sermo sit, ex adiunctis intelligendum est. Exempla: هِيَ أَفْضَلُ ٱلنِّسَاءِ *est prae-*

stantissima feminarum; أَنْتُمَا أَصْدَقُ ٱلصَّادِقِينَ *vos duo veracissimi veracium estis.* — Eâdem ratione construuntur خَيْرٌ *optimum*, et شَرٌّ *pessimum:* ut خَيْرُ أُمَّةٍ *optima natio.* Nam comparativâ et superlativâ formâ أَخْيَرُ et أَشَرُّ antiqui et boni scriptores non utuntur.

247. Possunt quidem *omnium numerorum*, et verò solent *unitatis binariique vocabula*, nominibus rerum vel personarum, quae numerantur, *apponi:* sed *suprà binarium* plerumque tale nomen pro *complemento* cum iis construitur. — Hoc autem nomen vocabulis numerorum a *ternario* ad *denarium* (et verò nonnunquam etiam *binario*) *Genitivo* casu subiungi, et *collectivâ plurativâ*, vel saltem, si haec inusitata est, *plurali*, formâ enuntiari solet: ut سِتَّةُ رِجَالٍ *sex viri,* سِتُّ بَنَاتٍ *sex filiae.* Solum مِائَةٌ (*centum*), ita pro complemento subiunctum, plerumque in *singulari* pronuntiatur: ut سِتُّ مِائَةٍ sive سِتُّمِائَةٍ *sexcenti.* — Atque hoc ipsum مِائَةٌ, itemque أَلْفٌ (*mille*), complementa sua in *Genitivo* casu et *singulari* numero accipiunt: ut مِائَتَا رَجُلٍ *ducenti viri,* ثَلَاثَةُ آلَافِ دِرْهَمٍ *ter mille nummi argentei.*

248. Eodem modo construi coepta sunt *numeralia adiectiva,* quum *genus* rerum personarumve, de quo sermo est, per subiunctum nomen singulare in Genitivo casu significetur: ut ثَالِثُ يَوْمٍ *tertius dies.*

249. Etiam vocibus كَمْ et كَأَيِّنْ sive كَأَيٍّ *quot,* quae quasi numeri indefiniti vocabula sunt, complementum in Genitivo subiungitur, si obliqua interrogatio est; et pro arbitrio forma singularis vel collectiva plurativa aut pluralis adhibetur, ut, *Nescio,* كَمْ رِجَالٍ (sive رَجُلٍ) قَتَلُوا *quot viros occiderint.* Item in rectâ interrogatione, si *praepositioni* subiunctae sunt; sed tunc

sola singularis forma usitata est: ut بِكَمْ دِرْهَمٍ *quot argenteis?* — Eandem constructionis rationem sequitur كَذَا *tantum*, quod quasi numerale pronomen est.

250. Et pari quoque modo complementum in Genitivo singulari subiungitur impersonali e nomine facto verbo رُبَّ; ut رُبَّ رَجُلٍ *multum viri est*, i. e. *multi viri sunt*. Conf. § 140.

251. Atqui eodem modo in elatiore oratione usurpatur solum nomen in Genitivo singulari, quo designetur *aliquid de* eo *genere* rerum personarumve, quod nomine significatur. Necesse tamen est, ut aliqua antecedat particula: et frequentissime ita Genitivus singularis usurpatur post frequentissimam coniunctionem وَ; ut وَرَجُلٍ *et viri sunt;* — item aliquando post فَ; rarò post بَلْ.

252. Denique monendum est, nomen appellativum aliquando definiri per subiunctum in Genitivo casu nomen adiectivum, cui cum articulo constructo nominis proprii sensus tribuitur: ut يَوْمُ ٱلْخَمِيسِ *dies quinti* (hebdomadis diei, vernaculâ linguâ *de dag van den Vijfden*), i. e. *dies Iovis*. Constructionis eadem ratio est, ac si dicitur exempli causâ *mons Thaboris*.

3. *De statu constructo.*

253. Perinde ut aliud nomen, sic etiam *enuntiatio* pro complemento nomini in statu constructo subiungi potest. Quodsi autem hoc fit, enuntiationi ut plurimum praemittitur particula أَنْ sive أَنَّ vel مَا: nam sine tali particulâ enuntiatio fere tantùm subiungitur certis quibusdam vocabulis, quae *tempus* significant, praesertim si in Accusativo casu aut praepositioni subiuncta pro coniunctionibus usurpantur: ut اِظْهَارُ أَنَّهُ مَاتَ حَتْفَ

أَنْفُهُ *ostentationi, eum mortuum esse morte naturali;* هٰذَا يَوْمُ يَنْفَعُ *hic est dies, quo proderit (iustis iustitia sua);* يَوْمَ رَأَيْتُهُ *quo die vidi eum;* مِنْ يَوْمِ رَأَيْتُهُ *ex quo die vidi eum.* Et haec est plerarumque *coniunctionum* origo (§ 215 et 216). — Si praepositio antecedit, ut in postremo exemplo, temporis vocabulum etiam tanquam coniunctio Accusativo casu enuntiari potest, ut dicatur مِنْ يَوْمَ رَأَيْتُهُ, quod ad verbum sic reddi potest: *ex quando vidi eum.*

254. Nomen in statu constructo non solet definiri per articulum, dum definitum esse censetur, si complementum definitum (i. e. nomen cum articulo, pronomen vel nomen proprium) est, sin minùs, indefinitum. Attamen sunt casûs, in quibus, etsi complementum definitum est, antecedens tamen indefinitum manet, ac proinde, si opus est, ut definiatur, etiam cum articulo iungitur.

255. Praecipue hoc obtinet, si complementum antecedenti, ut nomini, in Genitivo quidem subiungitur, sed etiam, ut complementum verbale, in Accusativo enuntiari potuisset. Quod locum habet:

1°. si antecedens Participium vel Adiectivum est, derivatum a verbo, quod complementum suum in Accusativo accipit: ut اَلضَّارِبُ ٱلْعَدُوِّ *qui ferit hostem*, اَلضَّارِبُ رَأْسِ ٱلْعَدُوِّ *qui ferit caput hostis*, اَلضَّارِبُوا ٱلْعَدُوِّ *qui feriunt hostem;* اَلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ *pulcher facie*, اَلْحَسَنُ لَوْنِ ٱلْوَجْهِ *pulcher colore faciei.* — Multò magis hoc fit, si complementum Participii pronomen personale inseparabile est, quippe quod eodem modo verbis annectitur: et verò, si primae personae pronomen est, plerumque ut verbi

complementum نِى usurpatur: veluti اَلضَّارِبُهُ *qui ferit eum*, et اَلْآتِيْنِى *qui venit ad me.* Quin etiam Adiectivum sic cum pronomine construere licet: ut اَلْحَسَنُهُ *pulcher eo* (puta exempli causâ *colore faciei*). — Sed Participio vel Adiectivo *singularis* numeri, quod ita cum articulo iunctum est, complementum in Genitivo casu subiungere vetant grammatici, si complementum aut indefinitum nomen est, aut definitum quidem, sed ita, ut neque ipsum, neque complementum eius, praefixum habeat articulum. Verùm in *duali* et *plurali* aiunt licere: nam tunc status constructus, etiamsi articulus praefixus est, apparet e terminatione: ut اَلضَّارِبُوا زَيْدٍ *qui feriunt Zaidum.* — Quoties igitur tale Participium aut Adiectivum articulo non definitur, indefinitum est, licet definitum sit complementum. Sic رَجُلٌ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ vertendum est: *un homme beau de visage.*

2°. si nomen vocabuli numeri complementum est, quod in Genitivo casu subiungitur (§ 247). Potest quidem, ut definiatur antecedens, articulus complemento praefigi, et dici exempli causâ ثَلٰثَةُ ٱلرِّجَالِ (*les trois hommes*), سِتُّمِائَةِ ٱلدِّرْهَمِ: quia tamen complementa vocabulorum numeri, rerum aut personarum, quae numerantur, *genus* designantia, sine articulo enuntiari solent, et cum plerisque, ut infrà videbimus, semper, atque etiam cum iis, quae plerumque in statu constructo complementum accipiunt, interdum in Accusativo casu struuntur; ideo usitatius factum est, articulum antecedenti praefigere nomini: ut اَلثَّلٰثَةُ رِجَالٍ, اَلسِّتُّمِائَةِ دِرْهَمٍ. Coeptum quoque est utrumque cum articulo enuntiare: ut اَلثَّلٰثَةُ ٱلرِّجَالِ.

256. Tum etiam articulus praefigitur nomini in statu con-

structo, si complementum nomen est, quod plerumque cum articulo profertur, non ut certa quaedam res aut persona, sed ut certum quoddam *genus* significetur, veluti materiae genus, e quo aliquid factum sit. Sic آنِيَةُ ٱلْفِضَّةِ, *vasa argenti*, indefinitum est, praeterquam quòd *genus* definitur et vasa e genere argenteorum esse significatur; ut ampliùs definiatur et certa quaedam ex eo genere vasa designentur, cum articulo dicitur ٱلْآنِيَةُ ٱلْفِضَّةِ. Antiquissimis tamen scriptoribus articulus in hoc casu inusitatus esse videtur. Recentiores e contrario articulo in statu constructo nonnunquam etiam tunc utuntur, quando complementum nomen proprium est aut nomen, quod cum articulo iunctum sensum nominis proprii obtinuit: ut ٱلدَّيْرُ عُمَرَ *monasterium Omaris*, ٱلْعَرَبُ ٱلْجَاهِلِيَّةِ *Arabes temporis ignorantiae.*

257. Postulat Semiticae linguae ingenium, ut nomini in statu constructo complementum suum continuò subiungatur: in linguâ tamen Arabicâ, certe in stilo poëtico, nonnunquam aliquid offenditur interpositum, praesertim iurisiurandi formula; uti إِنَّ ٱلشَّاةَ تَسْمَعُ صَوْتَ وَٱللّٰهِ رَبِّهَا *en pecus audit vocem* (*per Deum!*) *domini sui.* — Atqui vulgò, si complementum non proxime consequitur vel et antecedit, nomen in statu absoluto profertur et complementum per praepositionem لِ, مِنْ, vel et فِى, cum eo construitur.

4. *De usu Accusativi.*

258. Accusativo casu enuntiantur nomina, quae pro complementis construuntur cum *verbis* (§ 183). Est *casus demon-*

strativus (p. 101, n. [d]), quo *adiunctum* quoddam, veluti obiectum, et omne *accidens* designatur, cum eo, quod per copulationem subiecti et praedicati significatur, coniunctum. Et semper hoc casu huius generis complementa enuntiantur: quare, ut hoc utar, etiam verba كَانَ (*esse*), لَيْسَ (*non est*) et similia alia perpetuò cum Accusativo in sermone Arabico construuntur; ut كُنْ قَنِعًا *esto contentus*, لَسْتُ جَاهِلًا *non sum ignarus.* — Atque etiam, quando nomina per *praepositiones* cum verbo aut copulatis subiecto praedicatoque iunguntur, eadem est constructionis ratio: nam praepositiones proprie nihil aliud sunt, quàm adverbia sive nomina in casu Accusativo (§ 215). Singulos autem casûs, in quibus sine praepositione nomen pro complemento verbali in Accusativo profertur, hîc enumerare longum est: et quid linguae Semiticae, in iisque Arabica, hac in re a Latinâ aut Graecâ differant, optime usus docebit.

259. E dictis iam apparet, Accusativo casu non tantùm proferri *verborum* complementa, sed etiam ea, quibus circumscribuntur et definiuntur *copulata* sive *constructa subiecta praedicataque*, etiamsi copula non exprimitur *verbo:* ut هُوَ ٱلْحَقُّ مُصَدِّقًا لِمَا مَعَهُمْ *is veritas* (Latine: *est veritas*), *confirmans id, quod apud eos est.* — Itaque etiam in *enuntiationibus negativis*, in quibus praedicati vice negandi particulae لَا et مَا funguntur, complementum negationis casu Accusativo enuntiatur: veluti: مَا هٰذَا بَشَرًا *non est hic mortalis.* — *Praedicati* autem vice illae negandi particulae non funguntur, nisi quando subiectum negationis iis proxime subiungitur; et verò, si particula لَا construitur cum nomine *indefinito*, quod nullum com-

plementum neque terminationem dualem aut pluralem masculinam habet, hoc, ut superiùs dictum est, cum terminatione tertiae pers. sing. masculinae Perfecti tanquam verbum impersonale pronuntiari solet (§ 244): ut لَا رَجُلَ نَائِمًا فِى ٱلدَّارِ *non est vir, qui dormiat, in domo.* Sin autem duae negationes *copulantur*, etiam Nominativum casum usurpari posse vidimus: ut لَا شَيْءٌ عَلَى ٱلْأَرْضِ بَاقِيًا وَلَا وَزَرٌ مِمَّا قَضَى ٱللّٰهُ وَاقِيًا *non est res in terrâ, quae permaneat, nec refugii locus, qui ab eo, quod decrevit Deus, tueatur.* — Si nomen *definitum* vel pronomen enuntiationis negativae subiectum est, لَا non fungitur praedicati vice, ideoque, quod de subiecto negatur, ut praedicatum Nominativo casu profertur: ut لَا مُسْتَوْدَعُ ٱلسِّرِّ ذَائِعٌ لَدَيْهِمْ *depositum arcani non divulgatur apud eos.* Invenitur tamen, certe apud poëtas et in copulatis negationibus, etiamsi definitum subiectum est, praedicatum tanquam complementum negationis in Accusativo subiunctum: veluti لَا ٱلْحَمْدُ مَكْسُوبًا وَلَا ٱلْمَالُ بَاقِيًا *non laus est, quae acquiratur, neque opes sunt, quae serventur;* لَا أَنَا بَاغِيًا سِوَاهَا وَلَا فِى حُبِّهَا مُتَرَاخِيًا *non sum, qui desiderem aliam praeter eam, nec qui in amore eius languescam.* — Neque etiam praedicati, sed e contrario *subiecti* vice fungitur particulo لَا, si constructa cum nomine indefinito, quod complementum quoddam aut terminationem dualem vel pluralem masculinam habet, *nemo* vel *nihil* sive *nullus* vel *nullum* valet (§ 244). — Etiam مَا in nonnullis dialectis non fungitur praedicati vice, atque adeo id, quod de subiecto negatur, Nominativo casu adiungitur, ut dicatur مَا هٰذَا بَشَرٌ.

260. Porro *nomina* quoque complementa in Accusativo casu

accipiunt. — Ac primò quidem complementum, quod cum verbo personali in Accusativo iungitur, id in eodem casu ut complementum verbale construitur cum Infinitivis aut similibus abstractis nominibus ac cum Participiis et Adiectivis, quae ab eo verbo derivata sunt, quotiescunque locum non habet aut minùs convenit placetve constructio, ut complementi nominalis, in Genitivo: veluti قَتْلُ ٱلْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا *occidere Chalîphae Dja'pharem*, i. e. *quòd Chalîpha occidit Dja'pharem;* جَآءَنِي عَمْرٌو طَالِبًا أَدَبًا *venit ad me Amrus, quaerens eruditionem;* ٱلْحَسَنُ لَوْنَ وَجْهِهِ *pulcher colore faciei suae;* مُبْتَغِي جَاهٍ وَمَالًا *quaerens gloriam et opes:* ubi, licet prius complementum in Genitivo subiungitur, alterum, quod per coniunctionem additur, in Accusativo profertur. — Idcirco Participia quoque pluralia et dualia, si pro complemento verbali *pronomen* personale iis *annectitur*, terminationem suam integram possunt servare: ut ٱلضَّارِبُونَهُ *qui feriunt eum.* Sed hoc rarum est; et verò, etiamsi *nomen in Accusativo casu* iis ut verbis subiungitur, tamen ut nomina in statu constructo ea proferre licet: ut ٱلضَّارِبُو زَيْدًا *qui feriunt Zaidum;* جَآءَ ٱلْأَمِيرُ ٱلْقَاتِلَا أَخَوَاهُ مُحَمَّدًا *venit princeps, cuius duo fratres occiderant Mohammedem* (in quâ enuntiatione أَخَوَاهُ, quo subiectum designaretur, Nominativo casu adiunctum est, quocum igitur ٱلْقَاتِلَا, ut praedicatum, etiam genere numeroque congruit, licet primùm cum ٱلْأَمِيرُ constructum sit, secundùm § 243). Et, si pronomen 1mae pers. singulare نِي annectitur (§ 255), Participium in statu constructo non tantùm potest

proferri, sed solet: ut هَلْ أَنْتُمْ صَادِقُونِي *an fidem mihi servaturi estis?* هُوَ مُعْيِينِي *fatigat me* (a مُعْيِي).

261. Tum etiam *quantitatis* vocabulis complementum, *genus* rerum personarumve, quarum quantitas significatur, definiens, in Accusativo singulari subiungitur. — Ita semper construuntur *mensurae* vocabula: ut ذِرَاعٌ دِيبَاجًا *cubitus serici;* دِرْهَمٌ فِضَّةً *drachma argenti.* — Causa est, quòd Genitivus casus hîc minùs convenit. Nam per constructionem complementi in Genitivo casu cum antecedente nomine significatur, quae inter duas diversas res vel personas intercedit, *coniunctio.* Sed hîc, *quid illud sit*, quod antecedente significatur, declarandum est. Itaque potiùs *casus* ille *demonstrativus* usurpatur, quo etiam complementa verborum *copiae* et *inopiae*, quae dici solent, enuntiantur, et *quantitatis* vocabulum, licet nomen sit, per *complementum verbale* definitur. Atque ita simul evitatur sermonis ambiguitas: nam, ut hoc utar, دِرْهَمُ فِضَّةٍ significaret *drachmam argenteam.*

262 Eodem modo construuntur *numerorum* vocabula ab *undenario* ad 99: ut عِشْرُونَ رَجُلًا *viginti viri;* ثَلَاثَةَ عَشَرَ دِرْهَمًا 13 *denarii.* Si in Genitivo casu complementum subiungitur, alius constructionis sensus est: veluti عِشْرُوا مُحَمَّدٍ non viginti viros, quibus Mohammedes nomen, sed *viginti* res aut personas *Mohammedis*, de quibus sermo est, exempli causâ camelos aut servos, significat. Et in hoc casu composita indeclinabilia ab 11 ad 19 ita declinari posse dicunt grammatici, ut exempli causâ dicatur خَمْسَةُ عَشَرِ مُحَمَّدٍ *quindecim Mohammedis.* Pariter cum annexo pronomine: ut عِشْرُوكَ *viginti tui.* — Ceterùm

etiam ea numerorum vocabula, quae in statu constructo cum nomine in Genitivo casu iungere mos est (§ 247), nonnunquam complementum in Accusativo accipiunt (§ 255), attamen formâ collectivâ plurativâ: ut خَمْسَةٌ رِجَالًا *quinque viri.*

263. Et eandem rationem ut plurimum sequuntur *numeri indefiniti* vocabula كَمْ et كَأَيِّنْ sive كَأَيٍّ, itemque *pronomen numerale* كَذَا, quae in iis tantùm casibus, quos suprà significavimus (§ 249), cum Genitivo struuntur: ut كَمْ رَجُلًا *quot viri?*

264. Etiam *negandi particula* لَا, si construitur cum nomine indefinito, quod complementum quoddam aut terminationem dualem vel pluralem masculinam habet, sensum nominis obtinet, valentis *nemo* vel *nihil* sive *nullus* vel *nullum* (§ 244 et 259), dumque subiecti vice in enuntiatione fungitur, ei, ut *negativo numeri vocabulo*, nomen rei aut personae pro complemento in Accusativo subiungitur: velnti لَا طَالِعًا جَبَلًا ظَاهِرٌ *nemo, qui adscendat montem, apparet;* لَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ مَوْجُودٌ *nemo melior Zaido invenitur;* لَا رَجُلَيْنِ عِنْدَنَا *nulli duo viri apud nos sunt.*

265. Sunt quoque *aliae particulae*, quae cum Accusativo construuntur. Hoc enim casu profertur enuntiationis subiectum, aut nomen, quod seorsùm enuntiationi praemissnm aliàs in Nominativo profertur (§ 242), si enuntiationi praemittuntur particulae عَلَّ sive لَعَلَّ *forsitan,* إِنْ et إِنَّ, quae proprie *ecce* valent, item compositae كَأَنَّ, *quasi,* et لَكِنَّ *sed, verùm,* aut denique optandi particula لَيْتَ *faxit numen! utinam!* Videlicet عَلَّ proprie verbum est, *forte facit* significans (§ 214), cum nomine obiectum designante in Accusativo casu construi

solitum; particulae demonstrativae إِنَّ et أَنَّ, ut Latinum *ecce*, valent *vide*, *attende;* neque mirum est, optandi particulam لَيْتَ, quum pariter verbi sensum habeat, cum nomine obiectum sive id, quod optatur, significante construi in Accusativo. Necesse verò est, ut subiectum particulae continuò subiungatur, vel saltem non nisi praepositione cum complemento suo ab eâ separetur. Exempla: لَعَلَّ ٱلسَّاعَةَ قَرِيبٌ *forsitan hora propinqua est;* إِنَّ فِى ٱلْبَيْتِ قَوْمًا *ecce in domo homines;* كَأَنَّ ٱلرَّجُلَ أَسَدٌ *quasi vir ille leo sit;* *Zaidus stat,* لٰكِنَّ مُحَمَّدًا جَالِسٌ *sed Mohammedes sedet;* لَيْتَ أَبَاكَ حَاضِرٌ *utinam pater tuus praesens esset!*

266. Ostendunt haec exempla, attributum nihilò minùs in Nominativo proferri: quare, ut hoc utar, إِنَّ ٱلْأَمِيرَ لَكَرِيمٌ ad verbum transferendum esset, *Ecce principem, generosus* (est). Rarissime hae particulae, certe إِنَّ et لَيْتَ, ita construuntur, ut attributum in complementum verbale, accidens designans, convertatur; quomodo Latinum *ecce* construi solet. Sic poëta dixit: يَا لَيْتَ أَيَّامَ ٱلصِّبَا لَنَا رَوَاجِعَ *O, faxit numen dies adolescentiae nobis redeuntes!* — Sic autem semper construitur إِذَا, quod etiam *ecce* vertitur, sed proprie *ibi* valet, si nomen (vel pronomen) rei aut personae, de quâ agitur, ei pro complemento per praepositionem بِ subiungitur, ut إِذَا بِهِ وَاقِفًا *ibi adest stans*, id est *eccum stantem..* — Etiam demonstrandi particula هَا nonnunquam ita constructa offenditur, ut, licet subiectum Nominativo casu vel pronomine separato enuntietur, praedicatum in complementum verbale conversum Accusativo

casu subiunctum habeat: ut هَا هُوَ مَقْتُولًا *eccum interfectum.* — Eodem denique modo nomen in Accusativo ut complementum construitur cum nonnullis interiectionibus, quibus pronomen, quod subiectum significet, per praepositionem لِ subiungitur: veluti يَا لَكَ رَجُلًا *ô tibi, quâ vir es!* id est *qualis vir es!* يَا لَهَا رَوْضَةً *ô, qualis hortus est!* أُفٍّ لِهٰذَا خَشِعًا *phui, quàm hic est humilis!*

267. Particulae illae, quae subiectum enuntiationis in obiectum convertunt (§ 265), non tantùm, si pronomine personali subiectum designandum est, id sibi sicut verba annexum habent: sed etiam, quando subiectum particulam non continuò vel post praepositionem cum complemento eius consequitur, aut quando subiectum personâ verbi personalis continetur; ut tamen particula cum complemento obiectum designante construatur, pronomen quoddam personale, subiectum vel aliam praecipuam sequentis enuntiationis partem significans, ei annecti solet: ut إِنَّهُمْ آتِيهِمْ عَذَابٌ *eccos, accidet iis poena;* لَعَلَّكُمْ تُفْلِحُونَ *forsitan prosperi eritis.* — Frequenter quoque pronomen tertiae pers. sing. masculinum ita annectitur, ut non certam rem aut personam, sed indefiniti quiddam significet, vel ipsum illud, quod sequente enuntiatione explicatur; veluti لٰكِنَّهُ سَيَأْتِي كَثِيرُونَ *verùm venient multi.* — Eodem modo his particulis pro indefinito pronomine interrogativum مَا annectitur. — Quando autem pronomen ita pro complemento, obiectum significante, annexum est, sequentis enuntiationis subiectum, si nomen est, in Nominativo profertur: potest tamen

post لَيْتَنَا id, quod optatur, per appositionem in Accusativo casu subiungi.

268. Rarò, si talis particula non antecedit, nomen, quod, grammaticâ constructione spectatâ, Nominativo casu ut subiectum enuntiandum esset, sensu spectato in Accusativo ut obiectum profertur. Factum hoc offenditur in constructione cum كَانَ لَهُ *est ei*, quoniam hoc idem ac *habet* valet, et cum verbo, quod formâ obiectivâ impersonaliter usurpatur: veluti كَانَ لَهُ وَزِيرًا *fuit ei vezîrus;* قِيلَ عَنْ مَالِهِ شَيْئًا *dicitur* (i. e. *dicunt*) *de opibus eius aliquid.*

269. Deinde frequens quoque *absolutus casûs Accusativi usus* est, ita ut nomen quoddam hoc casu tanquam complementum pronuntietur, quum tamen verbum, cuius complementum sit, reticeatur, sed ideo ipsùm, quod nomen casu *demonstrativo* profertur, sponte suâ intelligatur. — Sic, si quis se aliquid iubenti respondet سَمْعًا وَطَاعَةً *obedientiam et obsequium!* eo ipso, quòd hoc pronuntiat, obedientiam et obsequium *promittens.* — Similiter, qui dicit سُبْحَانَ ٱللّٰهِ *laudem Dei!* (aut cum annexo pronomine de Deo loquens سُبْحَانَهُ, vel Deum alloquens سُبْحَانَكَ), is hoc pronuntians laudem divinam praedicat. — Tum eodem modo usurpatur pronomen 2dae pers. inseparabile, particulae إِيَّا annexum (§ 218), cum nomine in Accusativo per coniunctionem وَ subnexo, ut in acclamatione alteri significetur, ipsi et ad se et ad alterum illud, quod adiuncto nomine designetur, attendendum, et quidem sibi ab hoc cavendum esse: veluti إِيَّاكَ وَٱلْأَسَدَ *te et leonem!* id est *cave tibi a leone!* — Omitto multas alias, in quibus eodem modo demonstrati-

vus ille casus usurpatur, loquutiones. Ut autem alîus generis exemplum afferam, in Alkorano post explicitam aliquam legem additur subinde وَصِيَّةً مِنَ ٱللّٰهِ *iussum Dei* (hoc esse animadvertas)! aut simile quiddam aliud. Ac praeterea de absoluto hoc casûs Accusativi usu singulatim monenda sunt sequentia.

270. Si quod nomen ad maiorem significantiam *seorsùm ante enuntiationem* collocatur, dum in subsequente enuntiatione eadem res vel persona designatur per pronomen, id suprà diximus ut plurimum Nominativo casu proferri (§ 242). Atqui, si pronomen illud in sequente enuntiatione verbi aut complementi verbi (veluti praepositionis) complementum est, saepe nomen illud, quod seorsùm ante enuntiationem collocatur, Accusativo casu pronuntiare aut necesse est, aut praestat, aut licet. — *Necesse est* uti Accusativo, si praemittitur particula, quam *semper* consequitur *verbum;* nam tunc illud nomen enuntiari nequit, tanquam *subiectum*, casu Nominativo; sed dici debet, ut hoc utar, لَوْ مُحَمَّدًا قَتَلَهُ زَيْدٌ *si, Mohammedem* (cogita), *occidisset eum Zaidus;* i. e. *si Mohammedem occidisset Zaidus;* إِنْ مُحَمَّدًا رَأَيْتُ عَبْدَهُ *si Mohammedis video servum;* كُلَّمَا مُحَمَّدًا مَرَرْتُ بِهِ *quoties Mohammedem praetereo.* Nisi fortè peculiaris ratio sit, ob quam liceat certe uti Nominativo: quomodo poëta oppositionis gratiâ dixit لَا تَجْزَعِى إِنْ مُنْفِسٌ أَهْلَكْتُهُ وَإِذَا هَلَكْتُ فَعِنْدَ ذٰلِكَ فَٱجْزَعِى *ne horrescas, si Munphisum perire facio; sed si pereo, tunc horresce.* E contrario, si particula إِذَا praemittitur et *ecce* valet, Nominativus casus usurpari debet: nam hoc sensu eam particulam semper sequitur enuntiatio, cuius subiecti cum praedicato coniunctio non signi-

ficatur per verbum personale: ut وَإِذَا مُحَمَّدٌ يَضْرِبُهُ زَيْدٌ *et ecce Mohammedes est, quem caedit Zaidus.* — *Praestat* uti Accusativo, si particula praemittitur, quam *plerumque* consequitur *verbum;* quales sunt *interrogativae*, negativae مَا et لَا, atque coniunctio حَيْثُ *ubi:* ut مَا مُحَمَّدًا رَأَيْتُ عَبْدَهُ *non Mohammedis vidi servum.* (Attamen interrogandi particula هَلْ ex iis est, post quas Accusativus usurpari *debet*). Item, si verbum in sequente enuntiatione modo Imperativo, Iussivo aut horum formâ paragogicâ enuntiatur: ut اَللّٰهُمَّ عَبْدَكَ ٱرْحَمِ ٱبْنَهُ *Deus! servi tui miseri filii!* Pariter denique, si nomen per coniunctionem connexum est cum enuntiatione, in quâ etiam *verbum* usurpatum, subiectum autem non *ante* hoc verbum collocatum est: ut كُنْتُ حَبِيبَ زَيْدٍ وَمُحَمَّدًا كُنْتُ عَدُوًّا لِأَبِيهِ *fui amicus Zaidi; sed, quod ad Mohammedem attinet, fui inimicus patris eius;* جَلَسَ زَيْدٌ وَمُحَمَّدًا أَذْهَبْتُهُ *consedit Zaidus, sed Mohammedem abire iussi.* — Quodsi verò subiectum in praecedente enuntiatione *ante* verbum collocatum est, *aeque licitum est* uti Nominativo; ut زَيْدٌ جَلَسَ وَمُحَمَّدًا أَذْهَبْتُهُ vel وَمُحَمَّدٌ أَذْهَبْتُهُ: nam ita *verbum* quidem antecedit, sed hoc verbum ut *praedicatum* cum subiecto in Nominativo casu constructum est. — Denique, si id, quod in priore enuntiatione verbo praemittitur, non subiectum, sed complementum verbi est, *licet* quidem in utrâque enuntiatione uti Accusativo, sed rectiùs Nominativus casus usurpatur: ut زَيْدًا قَتَلْتُهُ وَمُحَمَّدًا جَرَحْتُهُ, vel زَيْدٌ - - وَمُحَمَّدٌ - -, *Zaidum interfeci, sed Mohammedem vulneravi.*

271. Tum consuetum est, nomen quoddam in Accusativo

casu per coniunctionem وَ cum alio copulare in Nominativo vel Genitivo enuntiato nomine vel pronomine, ut significetur, etiam hoc cum antecedente cogitatione comprehendendum esse: veluti اُسْكُنْ أَنْتَ وَزَوْجَكَ ٱلْجَنَّةَ *habita tu, et uxorem tuam* (puta; i. e. *unâ cum uxore tuâ*), *Paradisum.* Similiter in loquutione: مَا لَكَ وَزَيْدًا *quid tibi est, et Zaidum* (puta)? i. e. *quid tibi cum Zaido negotii est?*

272. Eadem deinde Accusativi casûs ratio est post particulam إِلَّا *nisi, sin minùs*, quae tum *praeter* valet. Videlicet post hanc particulam nomen rei vel personae, quae excipitur, casu demonstrativo enuntiatur:

1°. quoties antecedens enuntiatio affirmatio est; veluti جَآءَنِى ٱلنَّاسُ إِلَّا زَيْدًا *venerunt ad me homines praeter Zaidum;* ad verbum: *venerunt ad me homines; sin minùs, Zaidum* (puta).

2°. si antecedens enuntiatio negatio est, aut negationis vim habet (ut saepe interrogatio), et quando id, ex quo aliquid excipitur, in eâ expressum est, licet quidem uti Accusativo: ut لَمْ يُكَلِّمْنِى أَحَدٌ إِلَّا زَيْدًا *non alloquutus est me quisquam praeter Zaidum;* مَا أَتَيْتُ بِٱلْكُتُبِ إِلَّا ٱلتَّوْرِيَةَ *non attuli libros* (proprie *non veni cum libris*) *praeter Pentateuchum.* Sed praestat tamen eundem casum usurpare, quo antecedens nomen enuntiatum est, vel potiùs eum, quo utendum esset, si antecedens negatio in affirmationem converteretur. Praestat igitur in sententiis, quas pro exemplis attulimus, زَيْدٌ et ٱلتَّوْرِيَةِ dicere: et rectiùs dicitur لَا أَحَدَ فِى ٱلْبَيْتِ إِلَّا زَيْدٌ (*non est quisquam in domo nisi Zaidus*), quàm زَيْدًا--, etsi antecedens أَحَدَ

ob constructionem cum negandi particulâ لَا pro casu Nominativo terminationem verbi accepit (§ 141); et مَا جَآءَنِى مِنْ أَحَدٍ اِلَّا أَخُوكَ (*non venit ad me quisquam, nisi frater tuus*), quàm أَخَاكَ - -, etsi in antecedente enuntiatione pro أَحَدٌ ob constructionem cum مَا, quod proprie pronomen interrogativum est, مِنْ أَحَدٍ dicere placuit. — Si verò id, ex quo aliquid excipitur, in antecedente negatione reticetur, semper id, quod excipitur, eo casu proferendum est, quo id, quod reticetur, enuntiandum foret, si antecedens negatio in affirmationem converteretur: veluti مَا جَآءَنِى اِلَّا أَخُوكَ *non venit ad me, nisi frater tuus:* مَا أَتَيْتُ اِلَّا بِٱلتَّوْرِيَةِ *non attuli, nisi Pentateuchum.* — E contrario, etiamsi id, ex quo exceptio fit, exprimitur, Accusativum casum usurpare oportet, si id, quod excipitur, non eiusdem generis est; ut مَا جَآءَنِى أَحَدٌ اِلَّا فَرَسًا *non venit ad me quisquam* (*homo*, puta) *praeter equum.* Et praestat certe eo casu uti, quando id, quod excipitur, priùs nuncupatur, quàm id, ex quo excipitur: ut لَمْ يُكَلِّمْنِى اِلَّا زَيْدًا أَحَدٌ *non alloquutus est me praeter Zaidum quisquam.* Denique necesse est usurpare Accusativum, si nova exceptio fit: velut لَمْ يُكَلِّمْنِى اِلَّا أَخُوكَ اِلَّا زَيْدًا *non alloquutus est me, nisi frater tuus* (i. e. *solus me alloquutus est frater tuus*), *excepto Zaido.* Sic enim, quod antecedit, sensum habet affirmationis.

273. Quando id, quod excipitur, pronomine personali designatur, in iis casibus, in quibus, si nomen est, Accusativus usurpatur, pronomine inseparabili utendum est idque annectendum particulae اِيَّا (§ 218): veluti *Non est dux noster* اِلَّا اِيَّاكَ

praeter te. Si quando apud poëtam pronomen particulae إِلَّا annexum offenditur, licentia est.

274. Eâdem porro ratione nomen, tanquam *obiectum* Accusativo seu demonstrativo casu profertur in *appellando*, *vocando* et *exclamando:* ut يَا عَجَبًا *ó mirum!* يَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ *princeps fidelium!* رَبَّنَا *domine noster!* يَا خَيْرًا مِنْ كُلِّ ٱلنَّاسِ *ó bone prae omnibus hominibus!* يَا طَالِعًا ٱلْجَبَلَ *tu, qui adscendis montem!* — Nominativus casus tantummodo usurpatur in *alloqutione*, quando id, quod appellatur, oculis, vel saltem animo praesens est, atque adeo non vocatur, sed simpliciter *nominatur;* ac tunc nomen, si articulus non praefixus est, nihilominus ut definitum absque Tanvîne profertur (§ 199): ut يَا خَلِيلَانِ *ó amicorum par!* يَا أَيُّهَا ٱلنَّاسُ *ó homines!* وَا زَيْدُ *eheu, Zaide!* — Veruntamen etiam in hoc casu Nominativus inusitatus est, si nomen *complementnm* quoddam in casu obliquo aut praepositionis ope subiunctum vel pronomen annexum habet; causaque esse videtur, quòd talis rei aut personae significatio, quae pluribus verbis fit, non simplex *nomen*, quo res aut persona *nominatur*, sed potiùs *obiecti* cuiusdam *vocabulum* esse videtur. Tunc igitur Accusativus usurpatur. Sed manet nomen in Nominativo, si aliud nomen, eandem rem aut personam alio modo designans, per *appositionem* additur, aut nomen *adiectivum* adiungitur; ac tunc nomen appositum vel adiectivum pro lubitu aut eodem, atque antecedens, casu, aut tanquam *obiectum* in Accusativo enuntiatur; ut يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِيُّ *ó Mohammedes propheta!* aut يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِيَّ hoc sensu: *ó Mohammedes! prophetam* (dico). Continuatur autem potiùs casus

Nominativus, si nomen, quod adiungitur, complementum habet; ut يَا إِبْرٰهِيمُ خَلِيلَ ٱللّٰهِ *Abrahame, amice Dei!* Attamen, si id, quod cum complemento apponitur, nomen اِبْنٌ *filius*, aut اِبْنَةٌ *filia*, est, hoc, quum personam designet, Accusativo casu proferri non tantùm potest, sed verò solet, ut ita hoc in casu demonstrativo pronuntiatum adiunctum, *quae* persona designetur, significet: ut يَا رَجُلُ ٱبْنَ أَخِي *ô vir, fili fratris mei!* — Ceterùm hoc quoque monendum, si huic اِبْنٌ nomen proprium patris subiungitur et proprium filii nomen antecedit, quo in casu بْنُ sine ا prosthetico scribitur (§ 49, 2°); tunc licere quidem antecedens, ut nomen, quod complementum non habet, nominativo casu proferre; quia tamen, tanquam in statu constructo, sine Tanvîne pronuntiatur (§ 199), etiam, ut in nomine, quod complementum in Genitivo subiunctum habet, Accusativum casum usurpari posse. Dicitur ergo pro lubitu يَا عَلِيُّ بْنَ أَبِي طَالِبٍ (*ô Ali, fili Abûtâlebi*) et يَا عَلِيَّ بْنَ أَبِي طَالِبٍ.

275. Similiter denique pronomini primae aut secundae personae interdum nomen casu demonstrativo subiungitur, quo is, qui loquitur, significet, quem sive quos eo pronomine designet. Exempla: نَحْنُ ٱلْعَرَبَ أَقْرَى ٱلنَّاسِ لِلضَّيْفِ *nos, Arabes* (dico), *liberalissimi hominum erga hospitem sumus!* بِكَ ٱللّٰهَ نَرْجُو ٱلْفَضْلَ *per te, Deum* (dico), *speramus ubertatem.* — Atque etiam, si cui nomini, quod iam satis definitum est, tamen non unum, sed duo vel plura adiunguntur nomina adiectiva, quibus eadem res aut persona, de quâ sermo est, laudetur aut vituperetur; possunt quidem haec adiectiva eodem, atque antecedens nomen, enuntiari casu, sed licet quoque uti Accusativo: veluti

مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلَ ٱلْكَرِيمَ ٱلْفَاضِلَ *praeterii Zaidum, prudentem illum, generosum et excellentem* (dico). Et verò etiam Nominativum usurpare licet, ita ut qualitates illae, quibus res aut persona laudatur vituperaturve, in parenthesi extra enuntiationem collocentur et simpliciter nominentur: veluti مَرَرْتُ بِزَيْدٍ ٱلْعَاقِلُ ٱلْكَرِيمُ ٱلْفَاضِلُ.

276. Reliquum est circa usum Accusativi casûs animadvertere, non tantùm *nomen* (sive solum, sive unâ cum eius complemento), sed etiam *enuntiationem* pro complemento verbali usurpari posse; sique praedicatum talis enuntiationis *nomine* designetur et primum in eâ occupet locum, hoc nomen casu Accusativo proferri, dum tamen subiecti nomen casu Nominativo subiungatur (§ 243). Exempla: يَلْعَبُونَ لَاهِيَةً قُلُوبُهُمْ *irrident* (divina monita) *distractis rebus ludicris eorum animis; Abluam opprobrium gladio,* جَالِبًا عَلَىَّ قَضَآءَ ٱللّٰهِ مَا كَانَ جَالِبًا *inferente mihi decreto Dei, quicquid inferat.* — Quodammodo similis, sed diversae tamen naturae, constructio est, cuius hoc sit exemplum: *Quicunque hoc facit, capite mulctabitur,* كَبِيرًا كَانَ أَوْ صَغِيرًا *magnus sit, sine parvus.* Nam hîc كَبِيرًا verbi كَانَ complementum est (§ 258); eo tamen, quòd hoc nomen in Accusativo initio enuntiationis collocatum est, tota enuntiatio tanquam complementum verbale, quod Accusativo casu cum antecedente verbo construitur, sine coniunctione subiuncta est.

C. DE USU GENERIS NUMERIQUE.

277. Praeter ea, quae de genere numeroque iam superiùs

dicta sunt, hîc sequentia circa *convenientiam* et *discrepantiam* generis numerique in sermone Arabico animadverti debent.

278. Si res aut persona, de quâ aliquis loquitur, *iam* nomine quodam *nuncupata* aut pronomine designata est; nomen adiectivum, participium, pronomen aut verbum personale, quo deinde eadem res aut persona significatur, genere et numero cum illo nomine vel pronomine solet congruere. — Veruntamen

1°. nomen *collectivum* (veluti populi gentisve nomen) sive *singulare*, *quod genus quoddam rerum* (vel *animalium*) *in universum significat*, licet masculini generis sit, tanquam *singulare femininum* construi potest. Quod locum habet, si plurium rerum (vel animalium) singularum iis subiicitur sensus; sic enim nihil differunt a *collectivis plurativis* (§ 177): veluti ٱلْخَيْلُ ٱلْمُسَوَّمَةُ *equi notâ distincti;* عِشْرُونَ دِينَارًا نَاصِرِيَّةً *viginti denarii aurei nomine Náceri insigniti.*

2°. et *collectiva plurativa rerum* (vel *animalium*) vocabula, et *quae horum sensum habent*, possunt quoque, quia *plures res* (vel *animalia plura*) significant, tanquam *feminina pluralia* construi: ut أَيَّامٌ مَعْدُودَاتٌ *dies numerabiles;* خَيْلٌ حَمَلْنَ *equi portarunt.*

3°. eadem verò, si *personas* significant (aut res vel animalia, de quibus, ut de personis, sermo est), plerumque ut *pluralia* construuntur: ut عِبَادِى هٰؤُلَآءِ *servi mei hice;* إِنَّ ٱلرُّسُلَ رَجَعُوا *en legati reversi sunt;* ٱلْقَوْمُ ٱلْحَاضِرُونَ *populus* (i. e. *homines*) *praesentes;* يَا أَيُّهَا ٱلنَّمْلُ ٱدْخُلُوا مَسَاكِنَكُمْ *formicae, intrate habitacula vestra!* Raró in hoc casu ut singularia feminina usurpantur: veluti أَسْرُ ٱلْمُلُوكِ وَقَتْلُهَا *captivos facere reges et occidere eos.*

4°. etiam *feminina rerum* vel *animalium nomina cum terminatione plurali dualive* possunt, si tantummodo in universum *genus* significatur, tanquam *singularia* construi: ut جَنَّاتٌ تَجْرِى مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ *horti, e quorum fundo profluunt flumina;* ٱلْعَيْنَانِ تَنْهَلُ *oculi lachrymis manant.* Atque ita poëta dixit: يَا حَمَامَاتِ ٱلْأَرَاكِ تَحَمَّلِى رِسَالَةَ صَبٍّ *columbae Arâci, portate epistolam perciti amore;* quamvis columbas ut personas alloquitur.

5°. si *abstracto* vocabulo *concretum* pro complemento subiunctum est, huius potiùs, quàm illius, in constructione spectari potest genus numerusve: et fieri hoc solet, si antecedens nomen abstractum *quantitatis* vocabulum est, ut كُلٌّ vel جَمِيعٌ *omne, universum.* Sic كُلُّ نَفْسٍ ذَائِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omnis anima gustatura est mortem;* كُلُّهُمْ مَاتُوا *omne eorum* (i. e. *omnes*) *mortui sunt.*

279. Eaedem illae, quarum rationes exposuimus, in genere numeroque discrepantiae locum habent, si id, de quo agitur, *nondum nuncupatum* est, sed animo eius, qui loquitur, tantummodo obversatur. Itaque etiam, quando pronomen demonstrativum nomini praemittitur (§ 209): ut هٰذِهِ ٱلْخَيْلُ *hi equi;* هٰذِهِ ٱلْأَلْفُ أَلْفِ دِينَارٍ *hi millies mille denarii aurei;* أُولَائِكَ ٱلرُّوسُ *illa capita;* أُولَائِكَ ٱلْجَمَاعَةُ *illa copia.*

280. Quia verò, si id, de quo aliquis loquitur, nondum nuncupatum est, etiamtum indefinita est grammatica nominis forma; ideo in hoc casu et frequentior est, et verò etiam maior esse potest generis numerique discrepantia. Sic dicitur قَالَتْ بَنُو إِسْرَائِيلَ (*dixerunt Israëlitae*), verbo in feminino singulari prolato, quoniam animo loquentis collectivum obversatur gentis nomen (§ 278, 1°.); quamquam mox ea gens nun-

cupatur nomine cum terminatione plurali masculino et personas significante بَنُون.

281. Ac frequenter nomen adiectivum, participium, pronomen aut verbum personale, antequam id, de quo agitur, nuncupatum est, *non flectitur*, atque adeo forma *singularis masculina* usurpatur: veluti أَدَاخِلٌ ٱلرَّجُلَانِ *intrantne duo illi viri?* مَا خَارِجٌ ٱلرِّجَالُ *non exeunt viri;* كَانَ ٱلْمُسْلِمُونَ يَقُولُونَ *dicebant Moslemi.* — Rara haec discepantia est in *pronomine demonstrativo*, quod nomini praemittitur (§ 279): ut ذٰلِكَ ٱلرَّجُلَانِ *illi duo viri;* ذَاكَ ٱلْقُصُورُ *illae arces;* هٰذَا ٱلنَّاسُ *hi homines.* — Rarissima quoque est, si de *personis femininis* sermo est, et fere locum non habet, si nomen continuò subiungitur neque collectivum plurativum est. Exempla: غَرَّهُ مِنْكُنَّ وَاحِدَةٌ *seduxit eum vestrûm una;* اذَا جَآءَكَ ٱلْمُؤْمِنَاتُ مُهَاجِرَاتٌ *quando veniunt ad te fideles feminae fugientes;* قَالَ نِسْوَةٌ فِى ٱلْمَدِينَةِ *dixerunt mulieres in urbe.*

282. Speciatim monemus, probe animadvertendum esse, non pauca esse in sermone Arabico nomina concreta, quae, si nominum adiectivorum sensum habeant et cum femininis construantur nominibus substantivis pronominibusve, terminatione femininâ nunquam, vel saltem raro, augeantur: veluti جَارِيَةٌ جَرِيحٌ *ancilla vulnerata.* Vid. § 149 et 169. — Atque in his كَثِيرٌ *multus*, quia per se multitudinem significat, frequenter cum nomine plurali aut collectivo plurativo personas significante construitur, in singulari formâ relictum: ut رِبِّيُّونَ كَثِيرٌ *myriades multae*, رِجَالٌ كَثِيرٌ *viri multi;* raro cum terminatione femininâ, ut أَوْلَادٌ كَثِيرَةٌ *liberi multi.*

283. Nomina denique formae أَفْعَلُ, quae eundem sensum habent, ac gradus adiectivorum *comparativus* vel *superlativus* in linguâ Latinâ, plerumque *substantivorum* habent vim, ac femininam, aut dualem, pluralem vel collectivam plurativam formam non accipiunt (§ 246): ut هُنَّ أَفْضَلُ مِنِّي *illae praestantiores* (proprie *praestantius*) *sunt, quàm ego*. Accipiunt autem, si tanquam *adiectiva* nominibus substantivis adiunguntur aut praefixum habent articulum: ut ٱلْمَدِينَةُ ٱلْكُبْرَى *urbs maior;* هِيَ ٱلْفُضْلَى *ea praestantissima est;* هُمَا ٱلْأَفْضَلَانِ *illi duo praestantissimi sunt;* هُمَا ٱلْفُضْلَيَانِ *illae duae praestantissimae sunt;* أَنْتُمْ ٱلْأَعْلَوْنَ *vos summi estis.* Idem fieri *potest*, si definiuntur definito, universum genus significante, complemento: veluti هِيَ فُضْلَى ٱلنِّسَآءِ *ea praestantissima mulierum est;* هُمَا أَفْضَلَا ٱلْقَوْمِ *illi duo praestantissimi populi sunt;* أَقْرَبُكُمْ مِنِّي مَجَالِسَ يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ أَحَاسِنُكُمْ أَخْلَاقًا *proximi vestrûm a me sedibus die resurrectionis erunt pulcherrimi vestrûm moribus;* i. e. *ii vestrûm proximas a me die surrectionis obtinebunt sedes, qui maxime excellunt moribus:* in quo exemplo initio singularis, sed mox collectiva plurativa forma, usurpata offenditur.

IV.

DE METRIS ET ASSONANTIÂ VERSUUM IN POËSI, AC DE POËTARUM LICENTIIS.

284. Omne versuum *metrum* certâ nititur et regulari elevationis et demissionis vocis, quae *arsis* et *thesis* appellari so-

lent, in pronuntiando variatione. Unaquaeque versûs pars, in quâ arsis et thesis ita certo modo variant, *pes* in Prosodiâ dicitur, quasi mensura, quâ versum metîmur.

285. Quum elevatio vocis in pronuntiandâ syllabâ sponte suâ syllabam producat, in Arabicâ linguâ, sicut in Graecâ et Latinâ, arsin non fert syllaba, nisi quae naturâ suâ *longa* est. *Longa* autem in linguâ Arabicâ omnis syllaba est, quae consonante clauditur, et quae diphthongum habet aut longam vocalem. Sic omnes tres longae sunt in أَعْطَيْنَا *donavimus*, et in طَاوُسٌ *pavo;* utraque longa in هٰذَا *iste, hicce.* — In fine cuiusque versûs brevis vocalis produci potest.

286. Simplicissimus pes est longa syllaba cum brevi sive antecedente, sive sequente: prior *Iambus* (◡–́), posterior *Trochaeus* (–́◡) appellatur. Utriusque autem in locum duae quoque longae succedere possunt syllabae, quarum alterutra cum arsi profertur (–́ vel –́–); cui pedi *Spondêi* nomen est. Et huius loco rursùm usurpatur longa cum duabus brevibus, aut antecedentibus, aut sequentibus. Si antecedunt, pes *Anapaestus* (◡◡–́), si sequuntur, *Dactylus* (–́◡◡) nuncupatur. Denique, quum in pronuntiando Anapaesto prior, in Dactylo posterior brevis sponte suâ paululum tollatur, huius brevis loco etiam longa esse potest syllaba, ut pes exsistat, qui *Amphimacer* appellatur (–◡–́, vel –́◡–). — Plures *simplices* pedes esse non possunt. — Versûs autem, qui, ut in Iambo, a thesi incipiunt, *iambici*, qui ab arsi, ut in Tochaeo, *trochaïci* appellari solent; et verò Arabum poëtae solo iambico

usi sunt metrorum genere: quare in sequentibus huius tantùm habituri sumus rationem.

287. Longiorum autem versuum partes, ut plurimum, non *simplices* illi, sed e duobus *compositi*, pedes censendi sunt; cuiusmodi *dipodia*, quae dicuntur, in iambicis versibus sequentes esse possunt: *Diiambus* (⏑–́⏑–́), *Iambo-spondêus* (⏑–́––́) vel *Spondêo-iambus* (––́⏑–́), *Iambo-anapaestus* (⏑–́⏑⏑–́) vel *Anapaesto-iambus* (⏑⏑–́⏑–́), *Iambo-amphimacer* (⏑–́–⏑–́) vel *Amphimacro-iambus* (–⏑–́⏑–́); tum *Dispondêus* (––́––́), *Spondêo-anapaestus* (––́⏑⏑–́) vel *Anapaesto-spondêus* (⏑⏑–́––́), et *Spondêo-amphimacer* (––́–⏑–́) vel *Amphimacro-spondêus* (–⏑–́––́); porro *Dianapaestus* (⏑⏑–́⏑⏑–́), et *Anapaesto-amphimacer* (⏑⏑–́–⏑–́) vel *Amphimacro-anapaestus* (–⏑–́⏑⏑–́); denique *Diamphimacer* (–⏑–́–⏑–́). — Horum compositorum pedum una pars cum maiore, altera cum minore pronuntiatur vocis elevatione: utra autem ea sit, e *sensu* pendet et *verborum vi*. Et haec verborum vis etiam effecit, ut e *Spondêo-iambo* (––⏑–) novus natus sit pes, qui *Choriiambus* (–⏑⏑–) dicitur. Nam, si exempli gratiâ in vernaculo sermone versus incipit ab his vocibus: *Wee dien tiran!* Spondêo-iambus est: sed, si sensus requirit, ut interiectio *wee* cum vi et vocis elevatione pronuntietur, hoc modo: *Weé dien tiran!* (–́–⏑–́), secunda syllaba sponte suâ corripitur; ideoque versum iambicum etiam sic incipere licet: *Weé dĕn tiran!* (–́⏑⏑–́), quomodo *Choriiambus* est. Et verò, si, quod plerumque fit, cum praecipuâ vocis elevatione ultima in Choriiambo pronuntiatur syllaba, prima sponte suâ adeo corripitur, ut etiam brevi eius loco uti

liceat; quo tamen in casu aut haec, aut sequens brevis paullulum tollitur. Sic pes exsistit, qui *Pyrrichio-iambus* appellari solet (⏑⏑⏑⏒).

288. Tum saepe clauditur versus non integro pede, **sed** eius parte, exempli causâ tribus primis *Iambo-spondêi* syllabis (⏑⏒–). Huiusmodi pes *catalecticus* appellatur.

289. Ex his igitur pedibus, veluti e duobus vel tribus dipodiis et adiuncto saepe catalectico pede, construitur *versus*. Haec autem i n t e r n a versuum s t r u c t u r a magnam ut plurimum in pronuntiando subit mutationem, ut multùm diversa exsistat e x t e r n a eius f o r m a. Nam in pronuntiando seu recitando versu paullò longiore, veluti qui sex syllabarum excedit numerum, aut per sententiae structuram, aut levis respirationis gratiâ, pausa quaedam exsistit, quâ versus in duas, interdum in tres, partes caeditur, quaeque propterea *caesura* appellatur: locus autem huius caesurae non a fine pedis, sed a fine vocis et verborum sensu pendet. Sic hi duo Vondelii versûs:

»O Kersnacht, schoonder dan de dagen!
»hoe kan Herodes 't licht verdragen",

quorum interna structura haec est:

–⏒–⏒, ⏑⏒⏑⏒, ⏑
–⏒⏑⏒, ⏑⏒⏑⏒, ⏑

per caesuram in pronuntiatione hanc accipiunt formam:

–⏒, – | ⏒⏑–⏑⏒, ⏑
–⏒⏑⏒, ⏑ | ⏒⏑⏒, ⏑

sic enim prius utriusque versûs membrum catalectico terminatur pede, et posterius incipit ab Amphimacro, qui pes secundum internam eorum structuram in versibus non est.

290. Arabici grammatici, sicut Graeci et Latini, veram versuum e pedibus illis naturalibus cum catalecticis structuram, et quas per caesuram subeunt mutationes, non intelligentes, multos praeterea invenerunt pedes artificiosos; omnes autem appellare solent fictis a stirpe فعل nominibus, veluti فَعُولُنْ (◡‒‒), quem Graeci *Bacchium* nuncuparunt, et مَفْعُولَاتُ (‒‒‒◡), qui *Spondêo-trochaeus* est et *Epitritus quartus* dicitur.

291. E variâ pedum compositione varia quae oriuntur versuum et metrorum *genera*, sedecim vulgò in prosodiâ Arabicâ numerantur; sed singulorum diversae rursùm pro varietate ultimi pedis *species* sunt. In plerisque duo fere similes versûs construi solent in *distichum*, qui بَيْتٌ, id est *aedificium*, dicitur: et prior versus, si exitu à posteriore differt, huic in primo carminis disticho assimilari solet. — Metrorum sedecim illorum nomina et structuram, structuraeque per mutuam, quae licita est, consimilium pedum alternationem variationes, primùm secundùm artificiosam Arabum mensuram, deinde secundùm veram eorum naturam, breviter hîc expondituri sumus. Qui cum singulis pedibus in singulis versûs locis commutari possunt, alii, in parenthesi subscribentur.

I. اَلطَّوِيلُ (*longum*). Eius tres species sunt:

1ª. فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ فَعُولُنْ مَفَاعِلُنْ ، فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ

2ª. —— —— —— —— ، —— —— —— مَفَاعِلُنْ

3ª. —— —— —— —— ، —— —— —— مَفَاعِى

(فَعُولُ) (مَفَاعِلُنْ) (فَعُولُ) ، (فَعُولُ) (مَفَاعِلُنْ) (فَعُولُ)

(عُولُنْ) (مَفَاعِيلُ) ، (مَفَاعِيلُ)

(عُولُ) ،

Vera et naturalis structura, unâ cum licitâ longarum et brevium syllabarum in thesi alternatione, solitis notis, a sinistrâ manu ad dexteram legendis, significata, haec est:

⏑–́⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | ⏓⏑–́⏑–́ , ⏑–́⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | ⏓⏑–́⏓–́

aut ——— ——— ——— , ——— ——— | ⏓⏑–́–

(––́⏑–́) (–́⏑⏑–́) (–́⏑⏑–́)

(–́⏑⏑–́)

Spondêi-iambi et Choriiambi initio versûs rarissimus usus est, nisi in primo carminis versû, si carmen fundere incipit poëta, priusquam certum secum fixerit versuum metrum. — Exempla primae et secundae huius metri speciei in Chrestomathiâ habentur nº. 57, 61, 116 et 128.

II. اَلْمَدِيدُ (*extensum*). Huius sex species sunt:

1ª.	فَاعِلَاتُنْ	فَاعِلُنْ	فَاعِلَاتُنْ	،	فَاعِلَاتُنْ	فَاعِلُنْ	فَاعِلَاتُنْ
2ª.	فَاعِلَاتْ	———	———	،	فَاعِلَا	———	———
3ª.	فَاعِلَا	———	———	،	———	———	———
4ª.	فَعْلَا	———	———	،	———	———	———
5ª.	فَعِلَا	———	———	،	فَعِلَا	———	———
6ª.	فَعْلَا	———	———	،	فَعْلَا	———	———
		(فَعِلُنْ)	(فَعِلَاتُنْ)	،		(فَعِلُنْ)	(فَعِلَاتُنْ)
			(فَاعِلَاتُ)	،			(فَاعِلَاتُ)
			(فَعِلَاتُ)	،			

⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | –⏑–́– , ⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | –⏑–́–

aut ——— ——— | ⏓⏑–́ , ——— ——— | ⏓⏑–́

vel ——— ——— | ––́ , ——— ——— | ––́

(–́⏑⏑–́) , (–́⏑⏑–́)

III. اَلْبَسِيطُ (*expansum*)

1ª. مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَعِلُنْ ، مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَعِلُنْ

2ª. ——— —— ——— ، ——— —— ——— فَعْلُنْ

(مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) ، (مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ)

(مُتْفَعِلُنْ) (مُتْفَعِلُنْ) ، (مُتْفَعِلُنْ) (مُتْفَعِلُنْ)

(مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ) ، (مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ)

3ª. مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ ، مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلَانْ

(مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) ، (مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (مُتَفْعِلَانْ)

(مُتْفَعِلُنْ) (مُتْفَعِلُنْ) ، (مُتْفَعِلُنْ) (مُسْتَعِلَانْ)

(مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ) ، (مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلَانْ)

4ª. ——— —— ——— ، ——— —— مُسْتَفْعِلُنْ

5ª. ——— —— ——— ، ——— —— مُسْتَفْعِلْ

6ª. ——— —— ——— ، مُسْتَفْعِلْ —— ———

(مُتَفْعِلْ) ، (مُتَفْعِلْ)

⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ –́ ⏓ –́ | ⏑ –́ ⏑ ⏑ –́ , ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ –́ ⏓ –́ | ⏑ –́ ⏑͞⏑ –́

aut ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ , ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́

vel ——— ——— | ⏓ –́ – , ——— ——— | ⏓ –́ –

(⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́) ,(⏓ ⏑ ⏑ –́ (⏓ ⏑ ⏑ –́)

Exemplum secundae huius metri speciei, et quidem ex initio carminis, ita ut prior distichi versus eodem modo ac posterior exeat, habetur in Chrestomathiâ n°. 91; aliud sextae speciei n°. 114.

IV. اَلْوَافِرُ (*exuberans*). Tres eius species sunt:

1ª. مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلْ ، مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلْ

2ª. مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ ، مَفَاعِلَتُنْ مَفَاعِلَتُنْ

3ª. ——— ——— ، ——— مَفَاعِلَتُنْ

(مَفَاعِلْتُنْ)(مَفَاعِلْتُنْ) ، (مَفَاعِلْتُنْ)(مَفَاعِلْتُنْ)

(مَفَاعِلْتُ)(مَفَاعِلْتُ) ، (مَفَاعِلْتُ)(مَفَاعِلْتُ)

(مَفَاعِتُنْ)(مَفَاعِتُنْ) ، (مَفَاعِتُنْ)(مَفَاعِتُنْ)

initio carminis { (فَاعِلَتُنْ) (مَفْعَلَتُنْ) (مَفْعَلْتُ) (فَاعِتُنْ) }

1°. ⏑–́ | ⏖–́⏑–́ | ⏖–́⏑–́ | –, ⏑–́ | ⏖–́⏑–́ | ⏖–́⏑–́ | –

2°. ⏑–́ | ⏖–́⏑–́ | ⏖–́ , ⏑–́ | ⏖–́⏑–́ | ⏖–́

(–́⏑⏑–́) , (–́⏑⏑–́)

(⏑–́⏑–́) , (⏑–⏑–́)

V. اَلْكَامِلُ (*perfectum*). Novem eius species sunt:

1ª. مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ ، مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ
(مُتَفَاعِلَاتُنْ)

2ª. ——— ——— ——— ، ——— ——— مُتَفَاعِلْ
(مُتْفَاعِلْ)

3ª. ——— ——— ——— ، ——— ——— مُتْفَا

4ª. مُتَفَا ——— ——— ، مُتَفَا ——— ———

5ª. مُتْفَا ——— ——— ، ——— ——— ———
(مُسْتْ) ،

6ª. مُتَفَاعِلَنْ مُتَفَاعِلَانُنْ ، مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ

7ª. مُتَفَاعِلَانْ ——— ، ——— ———

8ª. مُتَفَاعِلُنْ ——— ، ——— ———

9ª. مُتَفَاعِلْ ——— ، ——— ———

(مُتَفَاعِلُنْ)(مُتْفَاعِلُنْ)(مُتَفَاعِلُنْ) ، (مُتَفَاعِلُنْ)(مُتْفَاعِلُنْ)

(مُتْفَعِلُنْ) (مُتْفَعِلُنْ) (مُتْفَعِلُنْ) ، (مُتْفَعِلُنْ)(مُتْفَعِلُنْ)

(مُفَاعِلُنْ)(مُفَاعِلُنْ)(مُفَاعِلُنْ) ، (مُفَاعِلُنْ)(مُفَاعِلُنْ)

(فَاعِلُنْ)

1°. ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | ⏓⏓⏑́⏑⏑́ , ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | ⏓⏓⏑́⏑⏑́
(⏓⏓⏑́⏑⏑́ | –)

aut ——— | ——— | ———, ——— ——— | ⏓⏓⏑́ –

vel ——— | ——— | ⏑⏑⏑́ , ——— ——— | ⏓⏓⏑́
(– ⏑ ⏑́)

2°. ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | ⏓⏓⏑́⏑⏑́ , ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | ⏓⏓⏑́⏑⏑́ | –

aut ——— ——— , | ⏓⏓⏑́⏑ –
——— ——— , ——— || ⏓⏓⏑́ –

Pro Anapaesto-iambo seu Spondêo-iambo in omnibus sedibus subinde quoque Diiambus et Choriiambus usurpantur. — Exemplum secundae speciei habetur in Chrestomathiâ n°. 72, quintae speciei ex initio carminis n°. 25.

VI. اَلْهَزَجُ (*concisum*). Duae tantùm eius species sunt:

1ª. مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ
(مَفَاعِيلُ)

2ª. مَفَاعِي ——— ——— ———
(مَفَاعِيلُ)(مَفَاعِيلُ)(مَفَاعِيلُ)
(مَفَاعِلُنْ)(مَفَاعِلُنْ)(مَفَاعِلُنْ)
(فَاعِيلُنْ)
(فَاعِلُنْ)
(فَاعِيلُ)

1°. ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | – –́
vel ——— ——— ———| ⏓ –́ ⏑ –́ | –
(– ⏑ ⏑ –́) (– ⏑ ⏑ –́) (– ⏑ ⏑ –́)
2°. – –́ ⏓ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | – –́
vel – ⏑ –́ ⏑ –́ | ——— ——— ———
(– ⏑ ⏑ –́) (– ⏑ ⏑ –́)

Exemplum primae speciei habetur in Chrestomathiâ n°. 79.

VII. اَلرَّجَزُ (*tremens*). Huius quinque species sunt:

1ª. مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ ، مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ
(مُتَفْعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) ، (مُتَفْعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) (مُتَفْعِلُنْ)
(مُفْتَعِلُنْ) (مُفْتَعِلُنْ) (مُفْتَعِلُنْ) ، (مُفْتَعِلُنْ) (مُفْتَعِلُنْ) (مُفْتَعِلُنْ)
(مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ) ، (مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ) (مُتَعِلُنْ)

2ª. مُسْتَفْعِلْ ——— ——— ، ——— ——— ———
(مُتَفْعِلْ)

3ª. مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ ، مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ

4ª. مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ
(مُسْتَفْعِلْ)

5ª. مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ
(مُسْتَفْعِلْ)

1°. ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ , ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́
(⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́) , (⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́)

vel ——— ——— ———, ——— ——— | ⏓ –́ –

2°. ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ , ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́
(⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́) , (⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́)

3°. ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́
(⏓ ⏑ ⏑ –́) (⏓ ⏑ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ ⏑ –́

vel ——— ——— | – –́ –

4°. ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ –́ ⏑ –́
(⏓ ⏑ ⏑ –́ (⏓ ⏑ ⏑ –́)
——— | – –́ –

VIII. اَلرَّمَلُ (*saliens*). Sex eius species sunt:

1ª. فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَا ، فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ
(فَعِلَاتُنْ) (فَعِلَاتُنْ) ، (فَعِلَاتُنْ) (فَعِلَاتُنْ) (فَعِلَاتُنْ)
(فَاعِلَاتُ) (فَاعِلَاتُ) ، (فَاعِلَاتُ) (فَاعِلَاتُ)
(فَعِلَاتُ) (فَعِلَاتُ) ، (فَعِلَاتُ) (فَعِلَاتُ)

2ª. ——— ——— ——— ، ——— ——— فَاعِلَاتْ

3ª. ——— ——— ——— ، ——— ——— فَاعِلَا
(فَعِلَا) (فَعِلَا)

4a. فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ ، فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتَانْ

5a. ——— ———، ——— فَاعِلَاتُنْ

6a. ——— ———، ——— فَاعِلَا

1°. ⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | ⏓–́⏑–́, ⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | –

(⏓⏑⏑–́) (⏓⏑⏑–́), (⏓⏑⏑–́) (⏓⏑⏑–́

vel —— ——— ———, ——— ——— | ⏓–́⏑–́

2°. ⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | –, ⏓⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | –

vel —— ——— –, ——— | ⏓–́⏑–́

(⏓⏑⏑–́) (⏓⏑⏑–́)

IX. اَلسَّرِيعُ (*velox*). Huius septem species sunt:

1a. مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُلَا ، مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُلَاتْ

2a. (مُتَفْعِلُنْ مُتَفْعِلُنْ) ———، (مُتَفْعِلُنْ مُتَفْعِلُنْ) مَفْعُلَا

3a. (مُفْتَعِلُنْ مُفْتَعِلُنْ) ———، (مُفْتَعِلُنْ مُفْتَعِلُنْ) مَفْعُو

4a. (مُتَعِلُنْ مُتَعِلُنْ) مَعُلَا ، (مُتَعِلُنْ مُتَعِلُنْ) مَعُلَا

5a. ——— ——— ———، ——— ——— مَفْعُو

6a. مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتْ

7a. ——— ——— مَفْعُولَا

1°. ⏓–́⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | ⏓⏑–́, ⏓–́⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | –⏑–́⏑

vel (⏓⏑⏑–́) (⏓⏑⏑–́) ———, (⏓⏑⏑–́) (⏓⏑⏑–́) –⏑–́

(⏔–́)

2°. ⏓–́⏑–́ | ⏓–́⏑–́ | ⏓–́–

(⏓⏑⏑–́) (⏓⏑⏑–́)

X. اَلْمُنْسَرِحُ (*agile*). Tres eius species sunt:

1a. مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتُ مُسْتَفْعِلُنْ ، مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتُ مُتَفْعِلُنْ

(مُتَفْعِلُنْ) (مَفْعُلَاتُ) (مُتَفْعِلُنْ) ، (مُتَفْعِلُنْ) (مَفْعُلَاتُ) (مُسْتَفْعِلْ)

(مُفْتَعِلُنْ) (مَعُولَاتُ) (مُفْتَعِلُنْ) ، (مُفْتَعِلُنْ) (مَعُولَاتُ)

(مُتَعِلُنْ) (مَعُلَاتُ) ——— ، (مُتَعِلُنْ) (مَعُلَاتُ)

2a. مُسْتَفْعِلُنْ مَفْعُولَاتْ

3a. ——— مَفْعُولَا

1°. ⏓ –́ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ –́ ⏑ –́ | ⏓ ⏑ –́ , ⏓ –́ ⏑ – | ⏓ ⏑ –́ ⏑ – | ⏖ ⏑ –́
(⏓ ⏑ ⏑ –́)(– –́ – ⏑ –́) , (⏓ ⏑ ⏑ –́)(– –́ – ⏑ –́)

2°. ⏓ –́ ⏑ –́ | – –́ –

XI. ٱلْخَفِيفُ (*leve*). Quinque eius species sunt:

1a. فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ ، فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ

(فَعِلَاتُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلَاتُنْ) ، (فَعِلَاتُنْ) (مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلَاتُنْ)

(فَاعِلَاتُ) (مُسْتَفْعِلُ) (فَاعِلَاتُ) ، (فَاعِلَاتُ) (مُسْتَفْعِلُ) (فَاعِلَاتُ)

(فَعِلَاتُ) (مُتَفْعِلُ) (فَعِلَاتُ) ، (فَعِلَاتُ) (مُتَفْعِلُ) (فَعِلَاتُ)

(فَعْلَاتُنْ)

2a. ——— ——— ——— ، ——— ——— فَاعِلَا

3a. ——— ——— فَاعِلَا ، ——— ——— فَاعِلَا

(فَعِلَا) ، (فَعِلَا)

(فَعْلَا) ، (فَعْلَا)

4a. فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ

5ª. فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ مُتَفْعِلْ

1°. ⏓⏑–́ | ⏓–́–⏑–́ | ⏓⏑–́–, ⏓⏑–́ | ⏓–́–⏑–́ | ⏓⏑–́–
aut —— (–⏑–́⏑–́) ——, —— (–⏑–́⏑–́) ––́–
vel —— | —— | ⏓⏑–́, —— | —— | ⏓⏑–́
sive —— | —— | ––́, —— | —— | ––́
2°. ⏓⏑–́ | ⏓–́–⏑–́ | ⏓⏑–́ | ⏓–́–⏑–́
(–⏑–́⏑–́) (–⏑–́⏑–́)
vel —— —— —— | –⏑–́–

XII. اَلْمُضَارِعُ (*simile*). Una tantùm eius species est:

مُفَاعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ ، مُفَاعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ
(مَفَاعِيلُ) (فَاعِلَاتُ) ، (مَفَاعِيلُ)
(فَاعِلُنْ)
(فَاعِيلُ)

1°. ⏑–́⏑–́ | –⏑–́⏓, ⏑–́⏑–́ | –⏑–́–
(–⏑–́)
2°. ⏑–́–⏑–́ | ⏑–́⏓, ⏑–́–⏑–́ | ⏑–́–
(––́⏑–́)

XIII. اَلْمُقْتَضَبُ (*decurtatum*) etiam unam tantùm formam habet:

مَفْعُلَاتُ مُتَفْعِلُنْ ، مَفْعُلَاتُ مُتَفْعِلُنْ
(مَعُولَاتُ) ، (مَعُولَاتُ)
(مَعُلَاتُ) ، (مَعُلَاتُ)

⏓⏑–́⏑–́ | ⏑⏑–́, ⏓⏑–́⏑–́ | ⏑⏑–́
vel ⏑–́–⏑–́ | ——, ⏑–́–⏑–́ | ——

XIV. اَلْمُجْتَثُّ (*amputatum*), huius unicae formae:

مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ ، مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ

(مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلَاتُنْ) ، (مُتَفْعِلُنْ) (فَعِلَاتُنْ)

(مُسْتَفْعِلْ) (فَاعِلَاتْ) ، (مُسْتَفْعِلْ) (فَاعِلَاتْ)

(مُتَفْعِلْ) (فَعِلَاتْ) ، (مُتَفْعِلْ) (فَعِلَاتْ)

(مُتَعِلُنْ) (فَعْلَاتُنْ) ، (مُتَعِلُنْ) (فَعْلَاتُنْ)

⏓–́⏑–́ | ⏓⏑–́–, ⏓–́⏑–́ | ⏓⏑–́–
(⏑⏑⏑–́) (––́–) , (⏑⏑⏑–́) (––́–)
vel ⏓–́⏑⏑–́ | ⏑–́– , ⏓–́⏑⏑–́ | ⏑–́–

XV. اَلْمُتَقَارِبُ (*properans*). Huius quinque species sunt:

1ª. فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولُنْ ، فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُولُنْ

2ª. (فَعُولُ) (فَعُولُ) (فَعُولُ) (فَعُولُ) ، (فَعُولُ) (فَعُولُ) —— فَعُولْ

3ª. (عُولُنْ) —— —— (فَعُولْ) ، —— —— —— فَعُو

4ª. (عُولُ) —— —— (فَعُو) ، —— —— —— فَعْ

5ª. فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُو ، فَعُولُنْ فَعُولُنْ فَعُو

(فَعْ) ،

1°. ⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́ | ⏓⏑–́⏓, ⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́ | ⏓⏑–́–
vel ———— | ⏓⏑–́⏓⏑–́ , ⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́⏓⏑–́
aut ———— ———— , ———— | ⏓⏑–́–́
(––́⏑–́)
(–́⏑⏑–́)

2°. ⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́ , ⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́
(––́).

Huius metri secundae speciei exemplum habetur in Chrestomathiâ n°. 115, tertiae speciei n°. 91.

XVI. اَلْمُتَدَارِكُ (*persequens*). Quatuor eius species sunt:

1a. فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ ، فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ
(فَعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (فَعِلُنْ) ، (فَعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (فَعِلُنْ) (فَعِلُنْ)
(فَعْلُنْ) (فَعْلُنْ) (فَعْلُنْ) (فَعْلُنْ) ، (فَعْلُنْ) (فَعْلُنْ) (فَعْلُنْ) (فَعْلُنْ)

2a. فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ ، فَاعِلُنْ فَاعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ
(فَعِلَاتُنْ)

3a. —— —— ، —— —— فَاعِلَانْ
(فَعِلَانْ)

4a. —— —— ، —— —— فَاعِلُنْ

1°. ⏓⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́⏓⏑–́ , ⏓⏑–⏓⏑–́ | ⏓⏑–́⏓⏑–́
(––́⏓⏑–́) (––́⏓⏑–́), (––́⏓⏑–́) (––́⏓⏑–́)
(⏓⏑–́––́) (⏓⏑–́––́), (⏓⏑–́––́) (⏓⏑–́––́)
(––́––́) (––́––́), (––́––́) (––́––́)

2°. ⏓⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́ , ⏓⏑–́⏓⏑–́ | ⏓⏑–́–

vel (––́⏓⏑–́) (––́), (––́⏓⏑–́) | ⏓⏑–́
(⏓⏑–́––́), (⏓⏑–́––́) (––́)
(––́––́) , (––́––́)

292. Haec igitur varia versuum Arabicorum i n t e r n a s t r u c t u r a est: ut autem appareat, quomodo per *caesuram* e x t e r n a, quae vera est, eorum f o r m a mutetur (§ 289); paucis hoc iam ostendamus exemplis. Veluti distichus, qui

in Chrestomathiâ n°. 25 legitur, internam quintae generis V[ti] speciei structuram habet; vera autem eius forma haec est:

– –̀ ⏑ –́⏑ | ⏑ –̇ ⏑–̀ – –́ , ⏑⏑–́ ⏑ –̀ , ⏑⏑–̇⏑–̀ – –́
Anta'lChaçîbu, vahâdzihî Meçru: phatadapphakâ, vakilâcomâ ba'hru

Nam in omni versûs membro, quod per caesuram exsistit, una tantùm syllaba s u m m a m arsim habet: l e v i o r e m, quae antecedit aut subsequitur, cum elevatione vocis proferenda; *levissimam* tertia, si qua est in eodem membro. Tres hi arsis gradûs per accentum acutum, gravem et punctum significantur. — Duorum autem distichorum, qui eiusdem generis speciei secundae n°. 72 leguntur, vera forma haec est:

––̇⏑–̀⏑⏑–́⏑ | –̀––́⏑–̀ , ⏑⏑–́⏑ | –̇⏑⏑–̀⏑–́⏑ | ⏑–́⏑
––̀⏑–́⏑ | ⏑–̀⏑–́⏑⏑–̇⏑–̀ , ––̀⏑–́⏑⏑ | –̇⏑–̀––́⏑

Et primi generis primae speciei distichus, qui n°. 57 legitur, hanc habet formam:

⏑–̀–⏑–́ | ––̇⏑–̀⏑⏑–̇⏑–́ , ⏑–́– | ⏑–̀––̇⏑–́⏑ | ⏑–̀––́

Sed secundae eiusdem generis speciei distichi, qui n°. 61 habetur, haec est forma:

––̀–⏑–́– | –̇⏑–̀⏑⏑–́⏑–̀ , ⏑–̇–⏑–̀––́ | ⏑–̀–⏑–́⏑–̀

Tertiae huius generis speciei duo distichi habentur in *Chrestomathiá Arabicá*, quam edidit doctissimus Kosegarten, p. 8:

فَمَا هُوَ إِلَّا إِنْ أَرَاقَا فُجَاءَةً
فَأَبْهَتُ حَتَّى لَا أَكَادَ أُجِيبُ
فَأَرْجِعُ عَنْ رَأْيِ ٱلَّذِى كُنْتُ أَرْتَأِى
وَأَذْكُرُ مَا أَعْدَدتُّ حِينَ تَغِيبُ

Forma, quae per caesuras exsistit, haec est:

⏑ – ⏑ ⏑ – – | – ⏑ – – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ | – – – ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑
⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ ⏑ – – – ⏑ | – ⏑ ⏑ – ⏑

Feliciter hos versûs in Germanicam linguam, sed servato Arabico metro, transtulit celeber poëta Fredericus Rückert (*Jahrbücher für wissenschaftlicher Kritik*, Aug. 1830): sed, licet interna structura eadem sit, externa tamen forma, quum sententiarum forma in translatione differat, denuo alia est. Germanici enim versûs hoc modo legendi sunt:

⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ –
So ist es! Sobald ich sie erblicke von Ungefähr,

⏑ – ⏑ | ⏑ – ⏑ | – ⏑ – – ⏑ – ⏑
so staun' ich, und weiss nicht meine Red' anzufangen.

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ | – ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ –
Es ist mir entfallen, alles was ich zuvor bedacht;

⏑ – – ⏑ – ⏑ – | ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑
und beifällt mirs wieder erst, nachdem sie gegangen.

293. Versuum in fine *assonantia* (*het rijm*) per totum carmen idem esse solet, et efficitur eâdem in omnibus versibus ultimâ *consonante*, sive solâ, si versus in consonantem exit, sive unâ cum *vocali* et sequente, et proxime, ita ut nulla alia consonans intercedat, antecedente. Sed vocalium *i* et *u* tanta in sono similitudo est, ut earum variatio assonantiam non censeatur turbare. — Si in primo carminis versu prius hemistichium posteriori in metro assimilatur, etiam assonantia observatur.

294. *Licentiam* sibi sumunt poëtae vocales in pronominibus ه, ه et ك, ultimam in انا, هم, كم et انتم (§ 55), itemque in terminatione تم (p. 42, annot. *b*), tanquam *ancipites*, modò

producendi, modo corripiendi. Etiam primam in هٰذَا interdum corripere audent.

295. Etiam alias sibi sumunt licentias, quae magnam partem rationem habent in linguâ vulgari. Veluti Aleph unionis nonnunquam ut consonantem cum suâ vocali pronuntiant, et contrà Aleph consonantis interdum ita negligunt sonum, ut eius vocalem cum antecedente vocali coalescere sinant, vel ad antecedentem vocali carentem consonantem transferant. Nomina diptota ut triptota, et triptota ut diptota, declinare, formisque bilitteris perfectas trilitteras substituere, audent. In verbis et nominibus imperfectis ultimâ litterâ و vel ى vocalem *a*, quâ Coniunctivus ab Indicativo vel Accusativus a Nominativo distinguitur, subinde negligunt. Duplicant quoque nonnunquam post brevem vocalem consonantem. Brevem vocalem in fine vocis interdum negligunt, ut in لِمْ pro لِمَ, *ob quid? cur?* et in paenultimâ syllabâ metri et assonantiae versuum causâ producunt, veluti in أَنْظُورُ pro أَنْظُرُ. Regulae denique de pronuntiatione vocum in pausâ (§ 225 seqq.) a poëtis in fine versuum modò observantur, modò negliguntur.



SELECTA

EX

Thaâlebîi libro Facetiarum,

IN USUM

STUDIOSORUM LINGUAE ARABICAE

E MANUSCRIPTO CODICE LEIDENSI EDITA ET
ADIUNCTO LEXICO EXPLANATA

A

P. COOL,
V. D. M.

SECUNDAM EDITIONEM, ADDITIS QUOQUE LEXICO, QUAE IN
PRIORE CHRESTOMATHIAE PARTE OFFENDUNTUR, VOCIBUS,

CURAVIT

T. ROORDA.

PRAEFATIO.

Initio mihi erat in animo integrum typis vulgare codicem manu scriptum, e quo nunc selectas tantùm edidi partes. Quum enim, ante hos quatuor annos, in Academiam Lugduno-Batavam eo imprimis profectus essem consilio, ut etiam Hamakeri, celeberrimi viri, in litteris orientalibus fruerer institutione; hic me hortatus est, ut anni, quod in eâ urbe studiis meis concessum erat, spatium in codice aliquo Arabico edendo consumerem. Res sane ardua esse viriumque mearum modum excedere videbatur; at placuit tamen vehementer consilium, exsequi iubebat monentis auctoritas. Ex magnâ igitur, quâ gaudet bibliotheca Leidensis, codicum orientalium copiâ delegit mihi Hamaker *Thaálebii librum facetiarum*, multis mihi se commendantem nominibus. Erat enim et elegantis scripturae et modicae molis; tum argumenti iucunditatem et utilitatem cum interpretationis facilitate mihi videbatur coniungere. Quid multa? Manum operi admovi. Nec profecto facti me poenitet: incredibile enim quantum ex eo percepi et voluptatis et fructûs. Difficultates autem, in quas incidebam, cum Hamakero communicabam, qui pro eâ, quâ fuit erga discipulos benevolentiâ, gratâ semper memoriâ recolendâ, in suscepto opere nunquam mihi defuit, sed, quotiescunque et quocunque eum adibam tempore, impeditum me laborantemque expediebat. Quâ in re egregiam quoque mihi praestitit opem vir, comitate non minùs, quàm literarum, in primis orientalium, doctrinâ conspicuus, Weijers; cui palam nunc gratum animum me profiteri posse laetor. Quod utinam et Hamakero superstiti facere liceret! Verum inopinata atque immatura mors nuper hunc nobis eripuit; et Academiam, cuius decus et ornamentum erat, patriam, cuius antiquam in his litteris vindicabat laudem, nec patriam tantùm, sed rempublicam literatam universam, acerbissimo luctu afflixit.

Necdum ad finem perducto opere, ecce elapsus est annus, quem Leidae degere mihi concessum erat. Muneris sanctissimi, cui me dicaveram, ambiendi causâ Amstelodamum repetii. Mox verò ecclesiae Purmerendensis in me collata est cura. Atque hoc fungenti officio, primo quidem tempore otium fere nullum mihi restabat ad inchoatum opus continuandum: sed, cum primùm eius negotia me non ita occuparent, ut aliquod saltem ab iis vacaret tempus, denuo me accinxi ad absolvendam, quo modo cunque possem, Thaâlebîi codicis editionem.

Eodem fere tempore accidit, ut Roorda, vir multiplici insignis doctrinâ, atque de philosophiâ non minus, quam de literis orientalibus praeclare meritus, Grammaticam suam Arabicam prelo submittendam curaret. Is primus me literarum orientalium amore imbuerat, eumque apud me aluerat; is, per omne tirocinii mei tempus talem mihi se praestitit, praeceptorem dicam, an amicum? et postea quoque tot tantaque in me contulit beneficia, ut, quantum ipsi debeam, sentire possim, dicere non possim. Ille igitur mihi significavit, gratum sibi fore, si selectas e Thaâlebîi opere partes, easque lexico explanatas, pro brevi Chrestomathiâ grammaticae ipsius subiungerem. Quod quàm exoptatum mihi fuerit, ex aequo is demum existimabit, qui noverit, me ipsum iam dudum cogitasse, melius fore, si ex eo codice non nisi anthologiam ederem. Inveniebantur enim in libro insulsa multa, multa etiam obscoena, bibliothecae potiùs tenebris relinquenda, oblivionique tradenda. Neque eò meas valere sentiebam vires, ut aliquod praestarem opus, quo inter doctos doctrinae laudem mihi conciliarem; adeo ut gratissima mihi accideret haec oblata tironum tamen commodis aliquo modo inserviendi occasio. Vix autem quicquam reperiri poterat, quod huic consilio esset aptius hôc Thaâlebii opere. Nam conscriptum est sermone puro et eleganti, qualem ab eo exspectes, qui optimis clarissimisque Arabum scriptoribus annumeratur; argumenti autem est eiusmodi, ut rerum varietate delectet, iucunditate devinciat. Tum etiam, neque haec minima libelli dos est, intellectu maximam partem tam facilis est, ut, qui grammaticae Arabicae rudimenta bene

cognoverit, fere non nisi lexici ope ad eum recte interpretandum indigeat. Caeterum ex eo non tantùm linguae scientiam haurire potest harum literarum studiosus, verum etiam virorum eorum, qui inter Arabes maxime inclaruerunt, notitiam.

Omnibus his rationibus inductus nullus dubitavi consilium mutare, et, probante etiam Hamakero, tantummodo selecta quaedam ex Thaâlebîi Facetiis edere. Ferebat autem instituti ratio, imo postulabat, ut ex facetiarum farragine non adeo magnum colligerem numerum, sed eas tantùm, quae lepore et venustate et perspicuitate ceteris praestare viderentur; omissis omnibus, quae ineptae et nugatoriae, quae turpes atque spurcae, omissis quoque iis, quarum sales nimium quaesiti aut reconditi essent, ita ut non nisi longâ disputatione explicari possent. Etenim brevitati studui, ne libelli moles praeter mòdum cresceret; quamobrem nec interpretationem, nec annotationem ei adiunxi, satis esse ratus difficiliorum locorum sensum in lexico aperuisse. Eadem instituti ratio in causâ fuit, cur ultimum codicis caput totum praeterierim: quippe carminibus constans difficilius et ad usum tironum minùs accommodatum esse videbatur. Ne tamen ligatae orationis prorsus deëssent specimina, hîc illîc versiculos, explicatu faciliores, retinendos putavi; atque ut aliqua saltem a levioribus ad difficiliora esset gradatio, in posterioribus capitibus vocalium notas rariores adscripsi, in extremo fere nullas.

Restat, ut paucis de Codice manuscripto dicamus atque de auctore. Eorum ille quidem codicum est, quos vir amplissimus Warner bibliothecae Leidensi ex testamento donavit. Notam gerit 1042. Formâ est quadruplicatâ minore; chartâ orientali; scripturâ, quae *Neschí* dicitur, satis nitidâ atque eleganti. Vocalium notae punctaque diacritica, quae dicuntur, quantum ad recte intelligendam scriptoris mentem necessariae, perpetuò adpictae sunt; hîc illîc autem negligentius. Distributum est opus in capita XII, valde inaequabili tamen paginarum numero. Horum conspectum exhibent pag. 3 et 4 codicis MS. Singulorum capitum inscriptiones ex manu scripto dedimus. Ultimum verò caput, quod omisimus, inscribitur فى

لَطَائِفُ ٱلشُّعَرَآءِ نَظْمًا. Initio operis legitur praefatio auctoris, in quâ hunc Facetiarum librum dedicat viro cuidam illustri, Maecenati suo, uti videtur, quem nuncupat ٱلشَّيْخُ ٱلْعَمِيدُ أَبُو سَهْلٍ ٱلْحَمْدَوِيُّ. Hunc summis effert laudibus, appellans eum *perfectionem consummatam*, *decus Orientis* et *rhetoricae artis principem*. Deinde libri sui rationem reddit; denique in tria vota exquisitissima, quibus fautori suo bona precatur, desinit. — Codex noster, quoad ex collatis codicum MSS. orientalium catalogis confici potest, unicum est huius Thaâlebîi operis in Europâ exemplar. Suspicatus quidem est doctissimus Flügel[a], Codicem, ab Urio notatum n°. 294, 6°. sub titulo كِتَابُ ٱللُّطَفِ وَٱللَّطَائِفِ, idem continere opus, ac nostrum, in catalogo Bibliothecae L. B. insignitum n°. 1478: equidem tamen valde dubito, an recte viderit vir doctus; quoniam ille Urii codex, ut annotatum est, sedecim constat capitibus, noster vero duodecim, nec amplius, complectitur. Neque etiam cum Flügelo putem, opus, quod Hadjî Chalîfa recenset sub titulo لَطَائِفُ ٱلْمَعَارِفِ, idem esse ac nostrum; quandoquidem capitum quum numero, tum argumento, inter se differunt.

De nostro codice hoc praeterea monendum est, in primâ eius paginâ, praeter Facetiarum libri, duorum aliorum offendi inscriptiones. Ita enim ibi legimus: وفيهِ أَحَاسِنُ كَلِمِ ٱلنَّبِيِّ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَٱلصَّحَابَةِ وَٱلتَّابِعِينَ وَمُلُوكِ ٱلْجَاهِلِيَّةِ وَمُلُوكِ ٱلْإِسْلَامِ وَٱلْوُزَرَآءِ وَٱلْكُتَّابِ وَٱلْبُلَغَآءِ وَٱلْحُكَمَآءِ وَٱلْعُلَمَآءِ ✿ وَفِيهِ ٱلْأَجْوِبَةُ ٱلْمُسْكِتَةُ تَأْلِيفُ أَبِي إِسْحٰقَ إِبْرٰهِيمَ بْنِ مُحَمَّدِ بْنِ أَبِي عَوْنٍ ٱلْكَاتِبِ رَحِمَهُ ٱللّٰهُ تَعَالَى[b] ✿

a) In praefatione ad editionem *Thaâlebîi* operis, cui titulus: كِتَابُ مُؤْنِسِ ٱلْوَحِيدِ فِي ٱلْمُحَاضَرَاتِ; Germanice, *Der vertraute Gefährte des Einsamen, in schlagfertigen Gegenreden*, quam curavit *Viennae* 1829, pag. 27.

b) De hoc auctore eiusque opere hic laudato nihil comperire potui.

Horum operum illud eodem codicis volumine continetur; hoc autem in eo haud reperitur; nescio quam ob causam. Atque illud quidem eodem plane modo eâdemque manu, quâ prius, exaratum est. Complectitur paginas 94, capita VIII, quae sic inscribuntur: اَلْبَابُ ٱلْأَوَّلُ، فِى بَعْضِ مَا نَطَقَ بِهِ ٱلْقُرْآنُ ٱلْعَزِيزُ مِنَ ٱلْكَلَامِ ٱلْمُوجَزِ ٱلْمُعْجِزِ ۞ اَلْبَابُ ٱلثَّانِى، فِى جَوَامِعِ كَلِمِ ٱلنَّبِيِّ صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ وَتَمْثِيلَاتِهِ وَٱسْتِعَارَاتِهِ وَتَشْبِيهَاتِهِ ۞ اَلْبَابُ ٱلثَّالِثُ، فِيمَا رُوِىَ عَنِ ٱلْخُلَفَآءِ ٱلرَّاشِدِينَ وَٱلصَّحَابَةِ وَٱلتَّابِعِينَ رَضِىَ ٱللّٰهُ عَنْهُمْ أَجْمَعِينَ ۞ اَلْبَابُ ٱلرَّابِعُ، فِيمَا جَآءَ عَنْ مُلُوكِ ٱلْجَاهِلِيَّةِ ۞ اَلْبَابُ ٱلْخَامِسُ، فِى كَلَامِ مُلُوكِ ٱلْإِسْلَامِ وَأُمَرَائِهِ ۞ اَلْبَابُ ٱلسَّادِسُ، فِى لَطَائِفِ كَلَامِ ٱلْوُزَرَآءِ وَٱلسَّادَاتِ ۞ اَلْبَابُ ٱلسَّابِعُ، فِى بَدَائِعِ ٱلْكُتَّابِ وَٱلْبُلَغَآءِ ۞ اَلْبَابُ ٱلثَّامِنُ، فِى ظَرَائِفِ ٱلْعُلَمَآءِ وَٱلزُّهَّادِ وَٱلْحُكَمَآءِ. Patet ex hoc capitum conspectu, in eodem fere, quo nostrum, argumento hoc opus versari; quin in utroque eadem saepe iisdem narrantur verbis, ita ut interdum alterum ad alterius lectionem constituendam plurimum nobis profuerit. Atque omnino inter illa tanta cernitur scribendi generis sermonisque convenientia, ut non suspicari non possis, utrumque ab eodem Thaâlebîo profectum esse auctore [a].

Recenset quidem Hadji Chalifa opus quoddam, eodem inscriptum titulo اَلْأَجْوِبَةُ ٱلْمُسْكِتَةُ, i. e. *Responsa, quae ad silentium redigunt;* verùm hoc ab eo tribuitur auctori alio prorsus nomine, أَبُو حَامِدٍ مُحَمَّدُ بْنُ مُحَمَّدٍ ٱلْغَزَالِىُّ ۞

a) Alterum illum, qui eodem codice manuscripto continetur, librum anno 1844 edidit, Latine reddidit et annotatione illustravit doctissimus J. J. Ph. Valeton, nunc in Academiâ Groninganâ litterarum Orientalium professor.

Reliquum est, ut de hoc videamus. De quo, ut breves esse possimus, industria fecit Flügeli, quâ in suprà laudatâ praefatione de nostro scriptore eiusque scriptis disputavit. Ex ibi dictis et aliunde certum est, Thaâlebîum natum esse A. H. 350, mortuum vero a°. 429 vel 430: nam de eo ipsi Arabum scriptores inter se dissentiunt. Pellionis quaestum exercuit, unde *Thaâlebîi* traxit cognomen, quasi dicas *Vulpinum*. Habetur, uti suprà iam diximus, inter optimos elegantissimosque sermonis Arabici scriptores. Anthologico maxime inclaruit scribendi genere, de quo vide Flügelum l. l. pag. 1 sqq. Huius generis autem tantum non omnia illa novemdecim scripta sunt, quae ibidem, pag. 24 seqq., ad ordinem litterarum recensentur; ex quibus illud maximam nactum est celebritatem, quod fertur sub nomine يَتِيمَةُ ٱلدَّهْرِ فِى مَحَاسِنِ أَهْلِ ٱلْعَصْرِ, i. e. *Pretiosa aevi margarita de locis pulchris aequalium;* in quo *Thaâlebîus*, quicquid in poëticis aevi sui scriptis praestantissimum habebatur, diligentissime collegit. Dolendum profectò, ex tantâ Thaâlebîi scriptorum copiâ praeter id, quod edendum curavit Flügel, et haecce nostra aliaque, in variis virorum doctorum operibus dispersa, excerpta, nullum typis descriptum in lucem exiisse; et sperandum est, fore ut aliquando veniat laetus dies, quo et haec et alia multa Arabum scripta tineis blattisque eripiantur, fiantque publici iuris; ut ita non tantum literarum Arabicarum studium magis magisque promoveatur, verum omnino artes et disciplinae, quibus tantum illae prodesse possunt, in diem florescant. Ad hoc, si edendis hisce selectis aliquid, quantulumcunque sit, contulerim, operae pretium me fecisse laetabor.

Scripsi Purmerendae, a. d. XXVI *Ianuarii anni* MDCCCXXXVI.

P. COOL.

L E X I C O N.

S I G L A.

adv.	i. e.	adverbium.
agn.	»	agnomine, vel agnomen.
art.	»	articulus.
cc	»	construitur cum.
ccar.	»	construitur cum Accusativo rei.
ccap.	»	construitur cum Accusativo personae.
ccga.	»	construitur cum gemino Accusativo.
coll.	»	nomen collectivum.
comp.	»	compositus, a, um.
coni.	»	coniunctio.
dual.	»	duale.
f. a., f. i. *et* f. o.	»	Futurum *a*, Futurum *i* et Futurum *o*, quo in lexicis significari solet, Imperfectum et modos cognatos primae verbi formae in paenultimâ syllabâ cum vocali Phat'hâ, Kesrâ vel Zhammâ efferri.
fem.	»	femininum.
form. intens.	»	forma intensiva.
Inf.	»	Infinitivus.
Imprf.	»	Imperfectum.
masc.	»	masculinum.
n°.	»	numero (quo significatur numerus Selectorum ex Thaâlebii libro).
part.	»	participium.
p.	»	pagina (quo significatur pagina Chrestomathiae).
pl.	»	pluralis.
pr.	»	proprie, proprium.
praep.	»	praepositio.
pron.	»	pronomen.
scil.	»	scilicet.
vid.	»	videatur.
vid. gramm.	»	videatur grammatica, puta Roordae.

☞ Caeterum hoc animadvertant, quaeso, lectores, me in annorum numeris Moslemorum secutum esse computationem, quorum aera incipit a *fugâ* Mohammedis Meccâ Medinam, quae accidit anno p. Chr. n. 622, ita ut a°. significet *anno Hedjrae*, sive *Fugae*.

ا

أ Particula interrogandi *An? num?* et آ interiectio *O!* Vid. gramm. § 221, 1°.

أَبَدٌ *Sempiternitas.* أَبَدًا *in sempiternum, unquam.*

إِبْرَةٌ *Acus.*

إِبْرٰهِيمُ Nomen proprium: *Abraham.* إِبْرٰهِيمُ بْنُ ٱلسِّنْدِيِّ Nomen praefecti cuiusdam urbis Kûfae. n°. 120.

إِبْلِيسُ, corruptum e Graeco διάβολος, nomen *Diaboli* proprium.

أَبَا f. o. *Pater fuit*, et *educavit;* verbum denominativum a primigenio nomine bilittero أَبٌ *Pater.* Vid. gramm. § 193 et 195.

أَبُو ٱلْحَسَنِ, n°. 82. Probabiliter celeber ille Grammaticus, mortuus a°. 211, de quo agit Ill. de Sacy in *Anthol. Grammat.* p. 82, 364 et 390.

أَبُو ٱلْحَسَنِ, agn. ٱلْبَدِيهِيُّ, i. e. *extemporalis;* poëta, sic dictus, quia carmina sua ex tempore recitare solebat. Ex narratione ipsâ, n°. 134, patet eum fuisse aequalem Assâhebo.

أَبُو ٱلْحَسَنِ, agn. ٱلْفَرِيرِيُّ, i. e. *oriundus ex familiâ τοῦ* فَرِيرٌ. De hoc viro mihi nihil innotuit, nisi, quod ex ipsâ narratione, n°. 134, patet, eum fuisse Assâhebi contemporaneum.

أَبُو ٱلْحَسَنِ, agn. patronymico ٱلْمَافَرُّوخِيّ. De hoc lexica biographica, quotquot consului, tacent. Ex narratione ipsâ, n°. 134, solummodo id effici potest, eum ingenio excelluisse et aequalem fuisse Assâhebi.

أَبُو ٱلْحَسَنِ مُحَمَّدُ بْنُ مُحَمَّدٍ ٱلْمَزَنِيّ. Vid. مُحَمَّدٌ.

أَبُو ٱلْحَسَنِ عَلِيُّ بْنُ ٱلْعَزِيزِ. Vid. عَلِيٌّ.

أَبُو ٱلْحُسَيْنِ, n°. 95. Iuris consultus Schafeïticus, iudex Meccae Medînaeque, mortuus a°. 415.

أَبُو ٱلطَّيِّبِ, agn. ٱلطَّاهِرِيّ. Quis fuerit quandoque vixerit, ex narratione ipsâ, n°. 37, quodammodo effici potest; aliunde mihi non notus est.

أَبُو ٱلْعَبَّاسِ أَحْمَدُ بْنُ إِبْرَٰهِيمَ ٱلضَّبِّيّ. Vid. أَحْمَدُ.

أَبُو ٱلْعَبَّاسِ, agn. ٱلسَّفَّاحُ, i. e. *Effusor*, scil. *sanguinis*. Chalîfa primus ex dynastiâ Abbasidarum.

أَبُو ٱلْعَبَّاسِ, agn. ٱلْمُبَرَّدُ, i. e. *refrigeratus;* nisi legendum sit ٱلْمُبَرِّدُ, i. e. *refrigerator;* n°. 81. Grammaticus et rhetor celeber, mortuus a°. 186.

أَبُو ٱلْعُمَيْثَلِ, n°. 76. Vir doctus, mortuus a°. 240.

أَبُو ٱلْعَيْنَاءِ. Herbelotius eum vocat *un docteur celèbre.* Imprimis responsis suis lepidis notus fuisse videtur. Fuit aequalis Chalîfae Almotawakkeli. n°. 79.

أَبُو ٱلْفَتْحِ, dictus كُشَاجِمُ, n°. 61. Poëta, mortuus a°. 350.

أَبُو ٱلْفَتْحِ, agn. ٱلْبُسْتِيّ, i. e. *oriundus ex urbe Bost.* Poëta illustris, florens sub Samanidarum dynastiâ. n°. 69.

أَبُو ٱلْفَضْلِ, agn. ٱلْبَدِيعُ sive بَدِيعُ ٱلزَّمَانِ, i. e. *prodigium sui aevi;* dictus etiam ٱلْهَمَذَانِيّ, i. e. *oriundus ex urbe Hamadân.*

n°. 85. Vir doctus, pariter eloquentiâ atque poëticâ facultate clarus, mortuus a°. 398.

أَبُو بَكْرٍ, agn. ٱلصِّدِّيقُ, i. e. *verax, veridicus.* Primus Mohammedis prophetae successor.

أَبُو تَمَّامٍ, n°. 34. Poëta celeberrimus, mortuus a°. 231.

أَبُو دُلَفَ. Ibn Challican (cf. Index Tydem. n°. 549) eum vocat *unum ex praefectis chalifae Mâmouni, deinceps et Motasemi.* Obiit a°. 226; secundum alios 225.

أَبُو دُلاَمَةَ. Nomen poëtae. p. 11.

أَبُو زَيْدٍ, agn. ٱلأَنْصَارِيُّ, i. e. *Medînensis.* Nam Medînae incolae dicti sunt ٱلأَنْصَارُ *adjutores*, quia Mohammedis prophetae conaminibus opitulati sunt. Nomen Grammatici est, mortui a°. 215 vel 214: nam de eo dissentiunt ipsi Arabum historici. n°. 73.

أَبُو عَبْدِ ٱللّٰهِ, agn. ٱلْفَارِسِيُّ, i. e. *Persicus.* n°. 92. Iudex quidam urbis Balchae.

أَبُو عَبْدِ ٱللّٰهِ. Vezîrus Chalîfae Almahdîi. n°. 44.

أَبُو عَبْدِ ٱللّٰهِ بْنُ ثَوَابَةَ, n°. 62. Quis fuerit quandoque vixerit, reperire non potui.

أَبُو عَلِيٍّ أَحْمَدُ بْنُ مُحَمَّدٍ. Vid. Lexicon in v. أَحْمَدُ.

أَبُو عَلِيٍّ, agn. ٱلصَّيْمَرِيُّ, i. e. *oriundus ex regione vel urbe* ٱلصَّيْمَرَةُ. Medicus quidam. n°. 100.

أَبُو عَلِيٍّ, agn. زِنْجِيٌّ, i. e. *Zendjîta*, oriundus ex Africae provinciâ *Zendj.* Quis fuerit, et quando vixerit, ex contextu quodammodo effici potest. Dicitur enim n°. 100 ٱلْكَاتِبُ et aequalis *Abou Alîi Asseimarîi.* Aliunde mihi non notus est.

أَبُو عَلِيّ, agn. اَلْكَوْسَجُ, i. e. vel *rarâ praeditus barbâ*, vel *edentulus*. n°. 116. De eo nihil mihi innotuit.

أَبُو عُمَر, n°. 90. Iudex summus, regnante chalîfâ Almotawakkelo, vel eius antecessore Almoktadero. n°. 156.

أَبُو عَمْرو اَبْنُ اَلْعَلَاءِ, n°. 72. Unus ex celeberrimis Arabum grammaticis, nec non ex septem, qui dicuntur, Corani lectoribus, mortuus a°. 154.

أَبُو غَسَّان, agn. اَلتَّمِيمِيّ, i. e. *ex tribu Temîmi oriundus*. n°. 38. Vir doctus, quem inter aulicos suos adsciverat Nasr ibn Ahmed. Vid. Lexicon in v. نَصْر.

أَبُو مُحَمَّد, agn. اَلشَّيْرَجِيّ, i. e. *olei sesamini mercator*. n°. 94. Iuris Consultus quidam ingeniosus Bagdâdi.

أَبُو مُحَمَّد عَبْدُ اَللّٰه بْنُ اَلْعَزِيز. Vid. infra عَبْدُ اَللّٰه.

أَبُو مُسْلِم, agn. اَلْخُرَاسَانِيّ, praefectus Chorâsâniae, cui Chalîphae Abbasidae imperium debuerunt, interfectus ab Almansûro a°. 137. p. 7.

أَبُو مَنْصُور, agn. اَلسَّاجِيّ, i. e. *quietus*. n°. 41. Mercator quidam, aequalis Chalîfae Arrâdhi Billah. Vid. Lexicon in v. رَاض.

أَبُو نُوَاس. Poëta insignis, qui diem obiit exeunte secundo Hedjrae saeculo. n°. 91.

أَبُو يَحْيَى, agn. اَلْحَمَّادِيّ, i. e. *ex familiâ Hammâdi oriundus*. n°. 92. Mihi ignotus est.

أَبُو يُوسُف. Iudex summus regnante chalîfâ Hârouno Araschîdo. n°. 87.

أَبَى *Recusavit*, *noluit*. cc. أَنْ.

أَتَى f. i. 1) *Venit*, *pervenit ad*. ccap. vel loci. 2) *attulit*, *produxit*. cc. بِ p. vel r.; *attulit* alicui aliquid (*iemand iets doen toekomen of geworden*). ccap. et بِ r. p. 4. IV. آتَى, et pro eo quoque عَاتَى, *Attulit*, *produxit*, *dedit* alicui. ccga. عَاتِ, praecipue in Imperativo usurpatur. p. 13.

أَثَرَ f. a. *Praecelluit*. cc. على. II *Praetulit* aliquid vel aliquem alicui. cca. et على. p. 2. — أَثَرٌ, pl. آثَارٌ, 1) *Signum impressum*, *e quo aliquid cognoscitur*. n°. 68. 2) *impressio*, vern. *indruk*, *invloed*. n°. 100.

اثْمٌ, pl. آثَامٌ, *Peccatum*, *crimen*, *scelus*. — مَأْثَمٌ, pl. مَآثِمُ, Idem.

أَجْلٌ *Causa*. مِنْ أَجْلِ *propter*.

أَحَدٌ *Unus*, *aliquis*, *quisquam*. — In composito nomine numerali ordinali حَادِى, fem. ـَةٌ; e. g. حَادِى عَشَرَ *undecimus*; حَادِيَةَ عَشْرَةَ *undecima*.

أَخَذَ (Imper. خُذْ) 1) *Cepit*, *sumsit*. cca. 2) *desumsit*, *mutuatus est* aliquid ab aliquo. ccar. et مِنْ p. n°. 57. VIII اتَّخَذَ *Cepit*, *sumsit sibi*.

أَخَرَ II *Retardavit*, *distulit* aliquid. Inf. تَأْخِيرٌ. p. 2. V *Tardavit*, *cunctatus est*, *retromansit*. cc. عَنْ. — آخَرُ, fem. أُخْرَى, *alter*, *alius*. أُخْرَى tamquam adverbium *alterâ vice*. — آخِرٌ, fem. ـَةٌ, 1) *Posterior*, *postremus*, *extremus*. ٱلْآخِرَةُ *Vita post mortem futura*, *altera*. 2) pl. أَوَاخِرُ, *extremum* rei, *finis*.

أَخٌ, pl. اخْوَانٌ, 1) *Frater*. 2) *socius*, *amicus*.

أَدُبَ *Eruditione*, *humanitate*, *morum*, *litterarum et doctrinae elegantiâ polluit*. Inf. أَدَبٌ 1) *Elegantia morum et doctrinae*,

eruditio, *humanitas*. 2) *scientia*, *doctrina*. Pl. آدَابٌ 1) *boni et gratiosi mores*. 2) *litterae humaniores*, *scientiae*. — أَدِيبٌ, pl. أُدَبَاءُ, *Elegantiore doctrinâ instructus*, *humanus*, *eruditus*, *doctus*.

أَدِيمٌ *Cutis*, *pellis*.

إِذْ Particula demonstr., nostrum *daar:* 1) *quum*, 2) *siquidem*. إِذْ ذَاكَ, comp. ex إِذْ et pron. demonstrativo ذَاكَ, pr. *quum id* (tempus) *erat*, i. e. *tunc*. — إِذَا *Quum*. إِذَا مَا *quum*, *quando*. — إِذًا *Tunc*. وَإِذًا n°. 19 reddi potest per: *quum*, *si hoc fiat*. فَإِذًا n°. 67: *in hoc casu*, *quod si ita est*.

أَذِنَ f. a. *Permisit*. cc. فِي r. II *Ad publicas preces convocavit*. n°. 118. X *Rogavit veniam*. ccap. et لِ r. n°. 24. *veniam intrandi petiit* apud aliquem (*zich* bij iemand *laten aandienen*) cc. على p. 9. — أُذْنٌ, pl. آذَانٌ et أُذُنٌ, *Auris*.

أَرَّخَ *Adscripto tempore notavit* epistolam. II Idem, et *in annalibus retulit* aliquid. p. 11. Inf. تَأْرِيخٌ, *diei in epistola adscriptio; chronicon*, *annales*.

أَرْضٌ *Terra*, *solum*.

أُسْتَاذٌ *Magister*, *herus*, *dominus*.

اسْحٰقُ Nom. pr. *Isaac*. — اسْحٰقُ, agn. ٱلْمَوْصِلِيُّ, i. e. *oriundus ex urbe Mausel* (Mosul): celeberrimus musicus florens sub Almahdîo et Hârouno chalîfis. n°. 113. — اسْحٰقُ بْنُ حُنَيْنٍ Medicus chalîfae Almotawakkeli, qui multa Graecorum scripta in linguam Arabicam transtulit. n°. 98.

أَسَدٌ *Leo;* et nomen tribûs Arabum. p. 12.

أَسَرَ *Vinxit.* — أَسِيرٌ *Captivus, vinctus.*

اَلْاِسْكَنْدَرُ Nom. Arabicum *Alexandri Magni.*

إِسْمٰعِيلُ Nomen proprium, *Ismaël.* — اِسْمٰعِيلُ بْنُ صَبِيحٍ Scriba chalifae Hârouni arraschîdi. n°. 49.

اِصْبَهَانُ, sive اِصْفَهَانُ, urbs capitalis provinciae Iracae Persicae. اِصْبَهَانِىٌّ, sive اِصْفَهَانِىٌّ, *Ispahanensis.*

أَصْلٌ *Radix; origo; primigenia* rei *conditio.* p. 6. — أَصُلَ *Firmus, firmâ radice fuit.* X *Eradicavit, perdidit.*

أَفْلَاطُونُ Nomen proprium, *Plato.* p. 5.

أَكَلَ f. o. *Edit, comedit.* cca. III *Unâ cum altero edit.* — أُكْلٌ *Quicquid comeditur, edulium, penus, id quo sustinetur vita.* p. 2. — أَكْلَةٌ Nom. unit. *Comestio una, pastus unus, quo quis satiatur.*

أَلْ Articulus demonstrativus sive definitivus, de quo vid. Grammaticae § 38, 43, 1°. et § 49. 3°. et 4°.

أَلَّا vid. أَنْ.

اَلَّذِى, fem. اَلَّتِى, pron. relativ.; in pl. masc. اَلَّذِينَ; *qui, quae, quod.* Vid. Grammaticae § 210.

أَلْفٌ, pl. آلَافٌ, *mille.*

إِلَاهٌ *Numen, deus;* cum artic. اَلْإِلَاهُ, pro quo constanter, litterâ ا cum brevi vocali inter duo ل elisâ, pronuntiatur اَللّٰهُ, ὁ Θεὸς, *Deus,* per excellentiam, *Deus unicus, verus;* Mohammedis sectatoribus nomen Dei usitatissimum, et quasi proprium. — بِاللّٰهِ *per Deum!* وَاللّٰهِ idem. — In precibus frequens est اَللّٰهُمَّ *ô Deus!* quod compositum est ex interiectione أ et aucto اَللّٰهُمَّ. n°. 101.

إِلَى Praep., valens *Versus*, *ad*, *in;* tam de tempore, quam de loco. Peculiaris huius praepositionis vis est n°. 40, ubi إِلَيَّ reddendum est per *apud me*, *mihi*. Qui plura huius significatûs praepositionis إِلَى exempla cupit, adeat *Freytagi Lexicon*.

أَمْ Conj. *Aut*, *sive*, Gall. *ou bien*. e. g. n°. 32 et 79.

أُمّ *Mater*. أُمّ سَلَمَة. Nomen uxoris Aboul-Abbasi, primi chalifae ex dynastiâ Abbasidarum. n°. 23. — إِمَام *Antecessor*, *praeses*, *antistes*. إِمَامٌ فِي ٱلْبَاطِلِ i. e. *princeps in rebus iocosis et ludicris;* sic dicitur poëta *Abou-Nowas*, n°. 127.

أَمَا *Nonne?* — أَمَا أَنَّ ante nomina, et أَمَا أَنْ ante verba, saepe eam vim habet, ut cum proprie valeat *Nonne* (*factum est*) *ut*, iam verti possit *Profecto*, *sine dubio*. n°. 107.

أَمَّا, sive فَأَمَّا, Partic. distinguendis singulis sententiae membris inserviens. Reddi potest, nunc per *verum*, *autem*, *quidem;* nunc per *quod attinet ad*, e. g. n°. 118. Hac particulâ praecedente, sequens orationis membrum incipit a praefixo فَ.

أَمَّا videatur مَا.

أَمَرَ f. o. *Jussit*, *mandavit*. cc. بِ r. et a. p.; *imperavit ut* alicui aliq. *daretur*. cc. لِ p. et بِ r. n°. 75. V *Imperiose se gessit*. n°. 40. — أَمْرٌ *Res*, *negotium*. — أَمِيرٌ, pl. أُمَرَاءُ, *Imperator*, *princeps*, *dux*. أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ *princeps credentium*, i. é. *Moslemorum;* nomen honoris, quod Chalifis privum ac proprium est.

إِمْرَةٌ *Imperii commissi praefectura* (*heerschappij-voering*). p. 4.

أَمَلَ *Speravit.* — أَمَلٌ *Spes.* p. 3.

أَمِنَ *Securus, tutus, sine metu fuit.* IV *Credidit.* Inf. إِيمَانٌ, *fides.* p. 4. Part: pl. cum art. اَلْمُؤْمِنُونَ *credentes;* quo nomine vulgò appellantur Mohammedis asseclae. — اَلْمَأْمُونُ i. e. *is, cui fides habetur;* nomen Chalifae septimi ex Abbasidarum dynastiâ.

أُمَيَّةُ Nom. pr. viri, cuius posteri, بَنُو أُمَيَّةَ dicti, per centum circiter annos chalifatum tenuerunt.

أَنْ Coni. praecedens verba, *Quod, ut;* cc. modo coni., e. g. n°. 11. Vid. gramm. § 239, 4°. — بِأَنْ *eo quod, propterea quod.* n°. 128.

إِنْ Coni. *Si, quodsi, siquando, siquidem.* وَإِنْ, *etsi, etiamsi.* p. 2. فَإِنْ *et si, nam si.* لَئِنْ comp. ex لَ adv. *profecto* et إِنْ *si.* n°. 133. إِلَّا comp. ex إِنْ *si* et لَا *non; nisi, sin minus, sin secus, praeterquam.* Vid. gramm. § 219 et 221, 7°.

أَنَّ Coni. praecedens nomina et pronomina, *Quod, ut.* لِأَنَّ *quoniam, propterea quod.*

إِنَّ Coni. praecedens nomina et pronomina, *Utique, sane, etenim.* فَإِنَّ *nam, namque.* إِنَّمَا *tantummodo* (propria *ecce quid?*). p. 5. فَإِنَّمَا *Namque.* p. 8.

أَنْتَ Pron. pers. masc. *Tu;* fem. أَنْتِ.

اَلْأَنْدَلُسُ *Andalusia.* Hoc nomine Hispaniam vocant Arabes.

أَنِسَ *Consuevit, assuevit.* III *Consuetudinem et familiaritatem inivit, coluit.* ccap. Vernaculo sermone: *iemand gezelschap houden.* n°. 23. — أُنْسٌ *Familiaritas.* مَجْلِسُ أُنْسٍ *Sodalitium,*

sive *consessus familiarium.* n°. 115. — إِنْسَانٌ *Homo.* نَاسٌ Coll. *homines.*

أَنِفَ *Praecessit, anterior fuit.* X *Incepit, exorsus est.* cca.

أَنَا Pron. pers. *Ego.*

أَنُوشَرْوَان Nomen regis Persarum, Iustino et Iustiniano imperatoribus aequalis, qui et *Chosroës* dicitur.

أَنَى f. i. *Tempus fuit; tempestivum fuit, tempus idoneum advenit.* — إِنَاءٌ, pl. آنِيَةٌ, et hinc أَوَانٍ, *vas, receptaculum.* p. 10.

أَهْلٌ *Homines, qui ad aliquid,* sive *familiam,* sive *locum,* sive *institutum, pertinent.* Sic أَهْلُ ٱلْمَجَالِسِ, n°. 115, sunt *convivae, sodales;* أَهْلُ ٱلْعِلْمِ *homines scientiae,* i. e. *qui scientiae operam dant (de menschen van wetenschap).* p. 3. إِلَى أَهْلِهِ, n°. 116, *ad domesticos, familiam.*

اهْلِيلَجَةٌ Nom. unit. *Myrobalanum unum.*

أَوْ Coni. *Aut, vel, sive.*

ٱلْأَوْزَاعِيُّ, i. e. *oriundus ex tribu* ٱلْأَوْزَاعِ, vel, ut alii putant, *ex pago huius nominis.* n°. 89. Quis fuerit, nescio: nam non de celebri illo Auzaîo ibi sermonem esse, de quo Herbelot. in v. et Ibn Challican. ap. Tydem. n°. 369 agunt, exinde patet, quod hic diem obiit supremum a°. 157, Hârouno Arraschîdo adhuc puero undecim annorum.

آلَ f. o. *Rediit, pervenit, evasit,* cc. إِلَى; *recte disposuit, administravit, rexit* aliquid. — آلَةٌ *Utensilia.* p. 10. — أَوَّلُ, fem. أُولَى, *Prior, primus.*

أَيٌّ Pron. interr. *Quisnam, quaenam, quodnam.* De constructione vid. Grammat. § 212. — أَيُّهَا Particula vocandi, *ó!*

إِيَّا Partic. cui annectunt Arabes pronomina personalia inseparabilia, quoties his, pro complementis verborum, seorsùm uti volunt. Vid. Gramm. § 218. — إِيَّاكَ وَحُبَّ ٱلدُّنْيَا *Cave tibi ab amore mundi!* Vid. Gramm, § 269.

أَيُّوبُ Nom. pr. *Iobus.* — أَيُّوبُ, cogn. ٱلطَّبِيبُ, i. e. *medicus.* n°. 101.

آدَ f. i. *Durus, validus fuit.* II *Firmavit, corroboravit, iuvit.* ccap. n°. 116.

آضَ f. i. *Reversus est.* أَيْضٌ *Reversio;* hinc in Acc. أَيْضًا Adv. 1) *Rursus, denuo, iterum.* 2) *etiam, quoque.*

آنٌ, cum Art. ٱلْآنَ, *Tempus praesens:* in Acc. ٱلْآنَ *hoc tempore, nunc.* — أَيْنَ Adv. *Ubi, quo?* مِنْ أَيْنَ *Unde?*

إِيوَانٌ *Pers. Palatium*, et *locus amplus ad considendum instructus* (*paleis of zaal*). p. 10 et 11.

ب

بِ Praep. insepar., cuius propria vis esse videtur haec, ut quampiam *coniunctionem* significet. Frequentissime igitur reddenda est per *cum*, c. g. n°. 37 بِلَحْمٍ *unà cum carne.* بِلَا *sine.* p. 9. 2) saepe quoque idem significat ac *per*, et usurpatur, ubi Latini Ablativo utuntur, e. g. n°. 11 بِقَبِيحٍ, n°. 38 بِتِلْكَ ٱللَّفْظَةِ; imprimis ad indicandum pretium, quo quid comparatur, e. g. n°. 112 ٱشْتَرَيْنَاكَ بِأَلْفِ دِينَارٍ. 3) haud raro reddenda est per *in*, e. g. n°. 1 بِيَدِهِ; n°. 6 بِٱلْمَوْتِ *in morte*, i. e. *in actu moriendi, moribunda;* n°. 28 بِمُحَاجَّاتِنَا. 4) non-

nunquam in Praedicato, sed fere negativo tantùm, cum nomine qualitatem significante denotat eâ qualitate praeditum; veluti p. 4: لَسْتُ بِحَلِيمِ *non sum mansuetus.* — Varia caeteroquin est huius praepositionis vis in variâ cum variis verbis constructione, ita ut nunc vertenda sit *cum*, nunc *ad*, nunc simpliciter per Accusativum. Construitur autem potissimum cum verbis *iungendi*, *adhaerendi*, *capiendi*, *incipiendi*, *confugiendi* et *praetereundi.*

بَحْر *Mare.*

بَخْتِيشُوع (بْنُ جِبْرِيلَ) Medicus Hârouni Arraschîdi et insequentium aliquot chalifarum, uti et Mâmouni. n°. 99.

بَخِلَ f. a. *Parcus, avarus fuit, talemque se praebuit.* cc. بِ. — بُخْل, *avaritia*, p. 3. — بَخِيل, pl. بُخَلَاءُ *Avarus.* p. 9.

بُدّ *Separatio, fuga.* لَا بُدَّ propr. *non est separatio, fuga*, i. e. *necessarium est, non potest non, omnino debet fieri.* cc. مِن r., e. g. n°. 60 لَا بُدَّ مِنْ بَدْرٍ *necesse est, ut adsit vobis luna.* Vid. Gramm. § 141.

بَدْر *Luna plena.*

بَدَّلَ *Permutavit.* X *Commutare voluit, commutavit.* cc. بِ. — بَدَل *Quod loco rei alîus datur vel sumitur, succedaneum.* p. 9.

بَدَهَ *De improviso venit* seu *supervenit.* — بَدِيهَةٌ *Res, quae de improviso accidit.* n°. 113 usurpatur haec vox de sono musico, aures ex inopinato feriente.

بَدَأَ f. o. *Coepit, incepit.*

بَرَّ f. a. *Benefecit.* — بِرّ *Pietas, iustitia, munificentia.* — بُرّ Coll. *Triticum.*

برأ *Convaluit e morbo.* Inf. بُرْءٌ. IV *Sanitati restituit* aliquem. p. 7.

بَرَدَ *Frigidus fuit.* II *Frigefecit.* Part. pass. مُبَرَّدٌ, n°. 81 tanquam substantivum usurpatum, significare videtur *caro frigefacta*, sive *frigida.* اَلْمُبَرَّدُ vid. suprà ad أَبُو الْعَبَّاس — بَارِدٌ, fem. ةٌ, *Frigidus.*

بَرَزَ *Exiit, prodiit in conspectum.* IV *Prodire fecit, conspiciendum praebuit.*

بَرِصَ *Leprâ correptus est* seu *laboravit* — أَبْرَصُ *Leprosus.* p. 7.

بَرْقٌ *Fulgur, fulmen.*

بَرِمَ *Pertaesus est.* IV *Taedio ac molestiâ affecit.*

بَسَطَ *Expandit* stratum.

بِشْرٌ *Solutio vultûs*, seu *laetitia vultu commonstrata.*

بَصُرَ *Fuit videns.* IV *Vidit, conspexit.* cca.

بَطُؤَ *Tardus fuit.* X *Tardum habuit, duxit.*

بَطِرَ *Hilaritate valde exsultavit, eius modum excessit; petulantem et insolentem se gessit.* IV *Petulantem et insolentem reddidit* aliquem. p. 3.

بَطَلَ *Vanus, nihil, frustrà fuit*, vel *evasit.* — بَاطِلٌ *Vanus;* tanquam substantivum *iocus, ioculatio.*

بَطْلِيمُوس Ita Arabes nomen *Ptolemaei* pronuntiant. — N°. 11 mentio fit Ptolemaei cuiusdam, cognomine الاخير, uti in cod. MS. absque notis vocalium legitur, ita ut dubium sit, utrum voluerit scriptor اَلْآخِرُ i. e. *postremus*, videlicet ex Ptolemaeis, Aegypti regibus; an اَلْأَخْيَرُ i. e. *Optimus.* Quodsi haec

eius fuerit mens, intelligitur fortasse Ptolemaeus III, dictus *Euergetes:* atque hoc propterea mihi verosimile esse videtur, quod in altero Thaâlebîi libro, in cod. MS. adiuncto, alicubi tres memorantur Ptolemaei, quorum qui cognominatur الاخير, ordine excipit Ptolemaeum الثّنى dictum. [Weijers monuit, non dubium esse posse, quin ٱلْأَخِيرُ pronuntiandum sit: nam primò formam أَخْيَرُ nonnisi seriore aetate ad gradum comparativum aut superlativum significandum à scriptoribus usurpatam esse; tum haudquaquam probabile esse, cognomen *Euergetes* ab Arabibus per ٱلْأَخْيَرُ translatum fuisse; denique bene animadvertendum esse, illum Ptolemaeum الاخير ab auctore مَلِكُ ٱلرُّومِ appellatum esse: hac autem appellatione ab Arabibus designari Romanos atque Graecos seu Bysantinos, haud verò Aegypti reges, quos ملوك اليُونان appellare soleant. Statuendum igitur esse, Thaâlebîum et eius aequales in hoc errore fuisse, *tres* in imperatoribus Romanis fuisse, quibus Ptolemaei esset nomen].

بَطَنَ *Interiorem partem et medium ingressus est* locum. II *Subductitio panno munivit et ornavit vestem;* vernaculo sermone *voeren.* — بَاطِنٌ *Internus.*

بَعُدَ *Distitit, longe abfuit, remotus fuit.* Inf. بُعْدٌ. IV *Removit.* p. 2. — بَعْدُ Adv. *Postea, deinde, amplius.* بَعْدَ Praep. *Post.* Vid. Grammat. § 215 et 220. — بَعِيدٌ *Distans, longinquus.* بَعِيدًا Adv. *procul.*

بَعْضٌ 1) *Sectio, pars rei;* hinc 2) *Quidam, aliquis.* — فِى بعض ٱلْأَيَّامِ *quodam die.* p. 11.

بَغْدَادُ (et cum utroque vel alterutro ذ) *Bagdâd;* urbs capitalis Babyloniae.

بَغَضَ *Exosus fuit.* VI *Oderunt sese invicem.* — بُغْضٌ Odium. p. 5. — بَغِيضٌ *Exosus.* — أَبْغَضُ *Valde, magis, maxime omnium, exosus.*

بَغَى VII. *Convenit, decuit.* cc. لِ p. et أن r.

بَقِيَ *Reliquus et superstes fit, mansit, permansit.* فِيمَا بَقِيَ *in eo quod reliquum est*, id est *in futuro.* p. 11. IV *Permanere sivit* aliquid. p. 11. — بَاقٍ, fem. بَاقِيَةٌ, *Reliquus, restans, superstes.*

بَكَرَ *Diluculo fuit, fecit, venit.* Inf. بُكُورٌ.

بَكَى *Flevit.*

بَلْ Coni., quâ negantur, sive potius corriguntur, quae modo dicta sunt: *quin, quinimo.* n°. 83. لَا بَلْ Idem. Conf. بَلَى.

بَلْخُ *Balch.* Nomen urbis in Perside sitae.

بَلَدٌ, pl. بِلَادٌ, *regio, urbs.*

بَلَغَ f. o. *Pervenit ad* aliq., *nunciatum est* alicui aliq. ccap. et أن. III *Studio et diligentiâ usus est.* cc. فِي r. — بَالِغٌ *Perveniens ad optatum finem.* — بَلِيغٌ, pl. بُلَغَاءُ, *Facundus, eloquens, rhetor.*

بَلَا *Exploravit, experiendo probavit.* — بَلَاءٌ *Experimentum, afflictio, calamitas.* — بَلِيَّةٌ *Tentamen (beproeving);* fig. *calamitas.* p. 3.

بَلِيَ f. a. *Tectus et indutus fuit.*

بَلَى Adv., quo aiendo respondetur ad *negativam* sententiam antecedentem: *imo! imo verò!* n°. 77. Conf. بَلْ.

بَنَى f. i. *Struxit, aedificavit.* cca.

اِبْن sive اِبْنُ (vid. Grammat. § 43, 4°); inter bina nomina propria in statu constr. بْنُ (vid. l. l. § 49, 2°); *Filius.* اِبْنُ أَخِى propr. *filius fratris mei*, i. e. *nepos.* Pl. بَنُونَ, stat. constr. بَنُو. Vid. Grammat. § 12. *Posteri* alicuius vel ex eodem genere oriundi Arabibus dicuntur *filii*; e. g. بَنُو ٱلْعَبَّاسِ *Abbasidae*: بَنُو سَمَانَ *Samanidae.*

اِبْنُ ٱلْعَمِيدِ, praenomine أَبُو ٱلْفَضْلِ. Vezîrus Sultâni Irâcae Persicae, Rocn-Addaulae. n°. 63.

اِبْنُ ٱلْمُعْتَزّ. Vid. infra عَبْدُ ٱللّٰهِ بْنُ ٱلْمُعْتَزّ.

اِبْنُ ٱلْمُقَفَّع Nomen viri. p. 7.

اِبْنُ طَرْخَانَ n°. 115. Vulgo dictus *Alfârâbî.* Vir doctus et philosophus inter Arabes celebratissimus et aevi sui facile princeps; excelluit quoque in arte musicâ. Diem obiit a°. 343, secundum alios a°. 339.

اِبْنُ عَائِشَةَ, agn. ٱلْقُرَشِيّ, i. e. *ex Coraischitarum familiâ oriundus.* n°. 119. Ex Câmouso, in v. عاش, patet nomen عَائِشَةُ tam viris, quam feminis proprium esse; itaque multi esse potuerunt, quibus vel a patre, vel a matre cognomen اِبْنُ عَائِشَةَ inditum sit: quis vero ex illis hîc innuatur, definire nequeo.

اِبْنُ عَبَّاسٍ. Consanguineus, et quidem nepos Mohammedis; unus e praecipuis *sociis*, qui dicuntur, huius prophetae; vir maxime apud Arabes auctoritatis. n°. 4.

اِبْنُ عَتِيقٍ n°. 6. In narratione ipsâ dicitur nepos Ajischae, uxoris Mohammedis. Aliunde mihi ignotus est.

ابْنُ مُقْلَة Vir doctus, qui in primis artis scribendi peritiâ inclaruit; at perperam tamen antea inventor habitus fuit scripturae Arabicae, quae *Neschí* dicitur. Floruit regnante Moktadero, chalîfâ Abbasidâ decimo octavo, cuius et Vezîrus ad tempus fuit. n°. 80.

بُنَيٌّ Deminut. *Filiolus.* يَا بُنَيَّ *Filiole mi!* — بِنْتٌ *Filia.*

بَهْرَام Nomen proprium Persicum, Graecis et Romanis *Varanes.* بَهْرَام جُور (de cognomine, quo à quinque antecedentibus distinguitur, vid. Herbelotius in Lexico ad *Baharam Gur*) Rex Persidis, Theodosio iuniori, imperatori, aequalis. n°. 9.

بهو *Venustus fuit, splenduit.* — بَهِيٌّ *Pulcher, nitens.*

بَابٌ 1) *Porta, ianua.* 2) *caput* libri. 3) trop. n°. 91 أَتَيْتُ ٱلْمَعِيشَةَ مِنْ بَابِهَا pr. *perveni ad*, sive *intravi, vitam a portá eius*, i. e. *a recto loco.*

ٱلْبَاقَطَانِيُّ n°. 114. Cognomen viri, cuius proprium nomen ignoro. Cognomen illud fortasse traxit a بَاقَطَايَا, vico agri Bagdâdensis.

بَالٌ *Status, conditio.*

بَيْتٌ 1) *Domus.* 2) *versus* seu *distichus carminis.*

بَاضَ Med. ى. *Superavit albedine.* — أَبْيَضُ, pl. بِيضٌ, *Albus, candidus.* — بَيْضَةٌ *Ovum* singulum.

بَاعَ f. i. *Vendidit* aliquid alicui. ccga. et ب pretii; etiam ccar. et من p. vel et على p., quod tamen vituperatur. p. 13. Pass. بُوعَ vel بِيعَ *veniit.* — بَيْعٌ *Venditio.* n°. 1, أَهُوَ لِلْبَيْعِ *Num haecce* (vestis) *venalis est?*

بَانَ Med. ى. *Segregata* et *distincta fuit* res. II *Distinctum et manifestum reddidit* aliquid; *ostendit* aliquid alicui p. 12. — بَيْنَ Praep. *Inter*, *in medio*. بَيْنَ يَدَيْهِ pr. *inter manûs eius*, i. e. *coram eo*. p. 9.

ت

تَبِعَ *Secutus*, *insecutus*, *sectatus est*. VIII Idem. Part. pass. مُتَّبَعٌ. p. 8. — تَابِعٌ *Sequens*, *assecla*, *sectator*. اَلتَّابِعُونَ Arabibus dicuntur ii, qui familiariter versati sunt cum sociis, qui dicuntur, Mohammedis, vel cum iis, qui hos viderunt.

تَجَرَ *Mercaturam fecit*. تَاجِرٌ *Mercator*.

تَحْتٌ *Quod inferius est*; inde تَحْتَ Praep. *infra*, *sub*, *subter*. مِنْ تَحْتِ Idem.

تَرْجَمَ *Interpretatus est*, *de linguâ in linguam transferens exposuit*. — تَرْجُمَانٌ *Interpres linguae* (*tolk*, *dragoman*). p. 11.

تَرَكَ f. o. 1) *Reliquit*. cca. et مِن r. 2) *missum fecit*, *omisit*. Inf. تَرْكٌ. — تُرْكٌ, pl. أَتْرَاكٌ, *Turcae*. تُرْكِيٌّ *Turcicus*.

تِسْعٌ Nom. numer., forma fem. تِسْعَةٌ, *Novem*. Vid. Grammat. § 201. — تَاسِعٌ *Nonus*.

تَعِبَ *Lassus*, *defatigatus fuit*. IV *Fatigavit*. cca. — تَعَبٌ *Labor*, *defatigatio*.

تقفور Nomen Arabicum imperatoris Graeci *Nicephori*. Corrupta haec nominis pronuntiatio pro نقفور vel نقفور causam habuisse videtur in mendo scripturae.

تِقْنٌ *Natura*; et *solers reique peritus* vir. Verbum IV *Firma-*

vit et bene ac solide tractavit negotium, vel *artificiose fecit* aliquid. p. 5.

تَلْكَ. Vid. infra ذا.

تَمَّ *Totus, perfectus, absolutus fuit.* — أَتَمّ *Perfectior, perfectissimus.*

تَمْر Coll. *Dactylus.*

تَنَا *Commoratus est, habitavit.* — تَانِى, pl. تُنَّاءٌ, *Incola.*

تَابَ f. o. *Resipuit, reversus* atque *conversus est* a peccatis. cc. من r. — تَوْبَةٌ *Resipiscentia, poenitentia.*

ث

ثَأَرَ *Talionem cepit.* Inf. ثَأْر.

ثَبَتَ *Stabilis, fixus, constans fuit.* — ثَابِت *Constans, firmâ mente praeditus.* — ثَابِت بْن قُرَّة n°. 102. Vir medicinae et mathematicae artis scientiâ clarus, qui magno honore fuit apud chalîfam Motadhedum, mortuus a°. 288.

ثَقِفَ III *Consedit* (cum aliquo) *et versatus fuit.* ccap. p. 3.

ثَقُلَ f. o. *Ponderosus, gravis, molestus fuit* alicui. cc. على. IV *Oneravit.* — ثِقْل *Onus.* — ثِقْل Inf. formae I. 1) *molestum esse.* cc. على. 2) *molestia, gravitas* in auditu. n°. 28. — ثَقِيل, pl. ثُقَلَاءُ, *Gravis, molestus, morosus.* — مِثْقَال *Pondus quo aliquid ponderatur;* spec. *pondus* $1^3/_7$ *Dirhami,* et i. q. دينار nummus aureus. p. 10.

ثَلَاث et ثَلْث Nom. numer., forma fem. ثَلَاثَة et ثَلْثَة, *Tres.* Vid.

Grammat. § 201. — ثَلَثًا *ter.* p. 6, ubi tamen ثَلْثًا pronuntiandum esse videtur a ثِلْث, quod *tertianam*, tertio die, uno intermisso, redeuntem *febrem* (*de anderdaagsche koorts*) significare, lexica quidem non docent, sed effici potest comparatione cum رِبْع *quartana febris* (*de derdendaagsche koorts*). — ثَالِث, fem. ةٌ, *Tertius.*

ثُمَّ Adv. *Tum*, *deinde.*

ثَمَرَ *Fructûs habuit tulitque* arbor. IV Idem. p. 6. — ثَمْر, pl. ثِمَار, *Fructus.*

ثَمَن *Pretium* rei. p. 13. — ثَمَانٍ, forma fem. ثَمَانِيَة, *octo.* — ثَامِن, fem. ةٌ, *Octavus.*

ثَنَى 1) *Flexit*, *duplicavit.* 2) *laudavit.* — اِثْنَانِ *Duo.* Vid. Gramm. § 200 et 202. — ثَانٍ (pro ثَانِيٌ), fem. ثَانِيَة, *Secundus.* — ثَنَآءٌ *Encomium.*

ثَابَ f. o. *Rediit.* II *Remuneratus est.* — ثَوْب, pl. ثِيَاب, *Vestis*, *vestimentum.* — ثَوَاب *Renumeratio*, *praemium*, *merces boni operis.*

ثَوَى *Commoratus est* in loco. — مَثْوًى *Locus ubi* quis *commoratur*, *mansio*, *hospitium.*

ج

جَام Vocabulum Persicum, *scyphus* (*schaal*). n°. 87.

جَبَرَ *Religavit*, *corroboravit.* — جَبَّار *Validus*, *omnipotens*, *absoluti imperii dominus;* nomen, quod Arabes Deo tribuunt.

جَبَلَ *Formavit, creavit; consolidavit.* — جَبَلٌ *Mons.*

جُبْنٌ *Caseus.*

جَحَدَ f. a. *Negavit, dissimulavit.* cca.

جَحَظَ *Magnâ vel protuberante iride praeditus fuit* oculus. — ٱلْجَاحِظُ i. e. *magnos* vel *protuberantes habens oculos;* agnomen Abou-Othmânis ibn-Bahr, viri docti et eloquentis, mortui a°. 255. n°. 116 et 120. — جَحْظَةُ, agn. ٱلْبَرْمَكِيُّ i. e. *oriundus ex Barmecidarum gente.* n°. 114 et 132. Vir Musicus, quem in deliciis habuit Abdollah ibn-Motaz. Vid. infra Lexic. in v. عَبْدُ ٱللّٰهِ.

جَدَّ f. i. 1) *Diligentiâ et studio usus est, nervos intendit, seriò* usus est. cc. فِي r. 2) *Nova fuit, haud trita usu* res. II. *Renovavit, novum fecit* aliquid. p. 10. — جِدٌّ 1) *Studium, opera; labor.* 2) *serium.* جِدًّا adv. *magnopere, valde.* — جَدِيدٌ, fem. ةٌ, *Novus.*

جَدَلَ *Firmum reddidit torquendo.* — أَجْدَلُ *Magis* vel *maxime vehemens et acer in litigando.* n°. 87.

جَرَّ f. o. *Traxit* cca. — مَجَرَّةٌ *Via lactea.*

جَرَحَ *Vulneravit.* — جِرَاحَةٌ *Vulnus.*

جَرَى f. i. 1) *Cucurrit,* ut de equo; item 2) de aquâ, *fluxit,* p. 8; 3) de re, quae quasi *in cursu est,* dum *locum habet* vel *agitur.* n°. 47 جَرَى يَوْمًا مَدْحُ ٱلنَّاسِ إِيَّاهُ, i. e. *accidit aliquando, ut laudarent eum homines.* — n°. 99 et 134 usurpatur hoc verbum de confabulatione, quae *locum habet* binos inter vel plures homines. — جَارِيَةٌ *ancilla* (proprie *een loopster, een loopmeisje*). p. 12.

جَزَا *Pensavit, retribuit, remuneravit.* ccga. جَزَاكَ ٱللّٰهُ خَيْرًا *remuneret tibi Deus bono! (God loon u!).* p. 14.

جَسَدٌ *Corpus* hominis.

جِسْمٌ, pl. جُسُومٌ et أَجْسَامٌ, *Corpus* quodvis.

جَعْفَرٌ Nomen proprium multorum virorum. — جَعْفَرُ بْنُ وَرْقَاءَ n°. 42. Ex narratione ipsâ patet, eum fuisse aequalem principis Saif-Addaulae; neque aliud quicquam de eo mihi innotuit.

جَعَلَ f. a. 1) *Posuit, collocavit.* cca. 2) *fecit, constituit, habuit, putavit.* cca. 3) *dedit* aliquid. p. 12. 4) *coepit, incepit* seq. Imprfcto., e. g. n°. 80: جَعَلَ يَتَعَجَّبُ, i. e. *mirari coepit.* — Passiv. *Constitutus, habitus est.* Sic n°. 6. جُعِلْتُ فِدَاكَ i. e. *Constituar, sim, redemtio tui!* formula Arabibus usitatissima, eiusdem valoris ac si Latine dicas: *devovear pro te!* Vid. Gramm. § 232.

جَفَّ f. i. *Siccatus fuit.* Elegans locutio occurrit n. 120: لَا يَجِفُّ لِبْدُهُ, i. e. *non siccatur sella eius,* ad indicandam *sedulitatem indefessam,* et *fere sine quiete perpetuam.*

جَفْنٌ *Cilium,* seu *palpebra oculi.*

جَلَبَ *De loco in locum eduxit detulitve,* imprimis *vaenum.* n°. 92 in Pass. مَا يُجْلَبُ مِنْ بَلْخَ propr. *quae producuntur ex urbe Balchâ,* i. e. quos nos dicimus: *de voortbrengselen* (producten) *van Balch.*

جَلَسَ *Sedit, consedit, discubuit humi,* orientalium more. Nom. act. جُلُوسٌ. III *Consedit cum* aliq. *assedit*ve ei confabulandi causâ. cca. — جَلِيسٌ, pl. جُلَسَاءُ *Conviva, sodalis.* — مَجْلِسٌ,

pl. مَجالِس, 1) *Locus in quo consident, conclave.* 2) *consessus* ipse sive *discubitus, convivium.*

جَلَا *Revelavit, detecto velo conspiciendam dedit* sponsam sponso. n°. 89.

جَمَعَ f. a. 1) *Collegit, congregavit, continuit.* cca. 2) *coniunxit.* cc. بَيْنَ p. vel r., uti et Inf. جَمْعٌ. VIII *Congregatus fuit, convenit eodem loco* cum aliquo. cc. بِ. p. 9. Item *in eâdem sententiâ fuit, consensit* de aliquâ re. cc. على. p. 8. — أَجْمَعُ *Omnis, universus.*

جَمُلَ *Pulcher, elegans fuit.* V *Bene pulchreque se habuit.* — جَمَالٌ *Pulchritudo, elegantia.* — جَمِيلٌ, fem. ة, *Pulcher,* tam corpore, quam moribus. p. 5.

جَنَّةٌ *Hortus, Paradisus.*

جَنَبَ f. o. *In latere posuit;* f. i. *Ad latus* sive *a latere duxit* equum aut captivum; *declinavit, devitavit.* — جَانِبٌ, pl. جَوَانِبُ, *Latus* (*zijde*). p. 11.

جُنْدٌ *Exercitus.*

جَنَسَ II *Homogeneum fecit.* — تَجْنِيسٌ proprie *homogeneum facere, assimilare;* in arte rhetoricâ *paronomasia;* et quidem id paronomasiae genus hoc nomine indicatur, quo in eodem versu vel sententiâ eadem vox, vel formâ fere eâdem, diverso sensu occurrit. Exemplum vide n°. 98, ubi paronomasia cernitur in الرَّاحُ et الرُّوحُ. Quodsi, uti h. l., haec vocabula insuper ab eâdem stirpe derivantur, paranomasia dicitur اَشْتِقَاقِيٌّ i. e. *etymologica.*

جَهِلَ *Nescivit, ignoravit.* — جَاهِلٌ *Nescius, ignarus.* — جَاهِلِيَّةٌ

propr. *Status, sive tempus ignorantiae.* Hoc nomine designant Arabes saecula ante Mohammedem. Oppositum est ٱلْإِسْلَامُ.

جَابَ Med. و. IV 1) *Respondit, responsum reddidit* alicui de aliquâ re, sive coram fiat, sive datis litteris. cca. et عن vel الى r. 2) *annuit, concessit, morem gessit.* cca. VI *Sibi invicem responderunt.* — جَوَابٌ *Responsum;* etiam Inf. quartae formae, *respondere, responsum reddere.* cc. عن r. (*wegens* of *op iets antwoorden*). p. 6. — جَوَابَةٌ Idem.

جَادَ Med. و. 1) *Praestans, bonus, egregius fuit.* Inf. جَوْدَةٌ et جُودَةٌ, *praestantia, egregia* rei *conditio.* p. 5. 2) *Liberalis fuit* et *munificus* opibus suis. cc. ب. II *Bonum egregiumque fecit aliquid.* Inf. تَجْوِيدٌ. p. 5. — جُودٌ *Liberalitas, munificentia.* — جَيِّدٌ *Praestans, bonus, egregius.* p. 14.

جَارٌ *Vicinus.*

جَازَ Med. و. *Ivit, transiit, praeteriit.* VI et VIII Idem.

جَاعَ f. o. *Esurivit.* — جُوعٌ *Fames.* — جَائِعٌ *Esuriens, famelicus.*

جَوًى *Ardor dolorque interior.*

جَآءَ Fut يَجِيءُ 1) *Venit ad* aliq. ccap. 2) c. ب r. et a. p. propr. *venit ad* aliquem *cum* aliquâ re, i. e. *attulit, adduxit* illi eam.

جَيْبٌ, pl. جُيُوبٌ 1) *Sinus indusii vestisque.* 2) *Sinus ipse;* quae diversae notiones in hoc vocabulo, quemadmodum in Latino *Sinus*, coniunctae sunt.

ح

حَبَّ f. i. 1) *Amavit* 2) *delectatus est* aliquâ re, *gratum habuit* aliquid. cca. Inf. حُبٌّ. p. 2.. IV Idem.

حَبِرَ *Laetus et hilaris fuit; plantis abundavit* terra. حَبَّرَ *laetitiâ, beneficiis et commodis affecit* aliquem. p. 11.

حَتَّى Coniunct. 1) *donec.* 2) *adeo ut*, sequente Coniunct. e. g. n°. 47: وَمَا قَدْرُ ٱلدُّنْيَا حَتَّى يُمْدَحَ i. e. *ecquis mundi est valor, ut laudetur* cet. Vid. Gramm. § 239, 5°. 3) *priusquam*, sequente Coniunctivo. p. 7 et 10. حَتَّى مَتَى *Quamdiu?*

حَثَّ *Incitavit, instigavit.* X Idem. n°. 97.

حَجَّ 1) *Contendit* aliquo; pec. *profectus est ad aedem Meccanam, festum eius et solennia sacra celebrandi ergo.* 2) *Litigando vicit.* — حَاجٌّ *Qui sacrum iter Meccanum peragit aut peregit* (*pelgrim*). Etiam collectivo sensu usurpatur. p. 13. III *Argumentis et probationibus cum alio certavit seu disputavit.* p. 7. — حُجَّةٌ *Probatio, causae dictio, argumentum, testimonium*, pecul. a iudice comprobatum.

حَجَبَ *Texit.* — حَاجِبٌ *Qui velum obtendit, ianitor, conclavis regii custos.*

حَجَرٌ *Lapis.* اَلْحَجَرُ ٱلْأَسْوَدُ, n°. 111, *Lapis niger*, per excellentiam. Sic dicitur lapis nigri coloris, templi Meccani parieti infixus, cui Mohammedanorum superstitio miraculosam vim tribuit, quemque peregrinatores ad sacra Meccana adorare solent centiesque osculari.

حَدٌّ *Acies, acumen* ferri.

حَدَثَ *De novo et primum exstitit* aliquid, *contigit*, *accidit*. II *Narravit* alicui aliquid ccga. IV *Produxit fecitve exsistere quod non erat*. p. 6. — حَدِيثٌ 1) *Narratio*, *historia*, *fabula*; pecul. *dictum factumve de Mohammede prophetâ traditum*, *traditio*. 2) *confabulatio*, *colloquium*. — حَدَاثَةٌ *Principium*, *novitas*; hinc 2) *iuventus*.

حَادِي Vid. أَحَدٌ.

حُرٌّ, pl. أَحْرَارٌ *Liber*, *ingenuus*.

حَرَصَ *Avide cupivit*. II *Avidum*, *cupidumve reddidit*, *incitavit*. ccap. — حِرْصٌ *Aviditas*; *cupiditas*. p. 3.

حَرِصَ et حَرُضَ *Avide cupidus fuit deperivitque*. II *Instigavit accenditque* aliquem ad aliquid, veluti ad pugnam. ccap. et على r. n°. 33.

حَرَقَ f. i. *Ussit* aliquid. IV *Urere fecit*, *combussit* aliquid. p. 10.

حَرُكَ *Motus est*. — II *Movit*, *commovit* aliquid. — حَرَكَةٌ *Commotio*, *motus*.

حَرَمَ *Prohibuit*. حَرُمَ *Prohibitum et illicitum fuit* aliquid alicui. cc. على p. II *Prohibuit et vetuit ut illicitum* aliquid alicui. cc. على p. p. 9. IV 1) *Ingressus est mensem sacrum*. 2) *peregrinatus est Meccam*, sacra Meccana peracturus. 3) *sacra Meccana peregit*. — حَرَمٌ *Sacrum*, *res sacra*; hinc اَلْحَرَمُ *sacra*, scil. *urbs*, i. e. *Mecca*; in dual. اَلْحَرَمَانِ *sacrae*, scil. *urbes*, i. e. *Mecca* et *Medina*. — حَرَامٌ *Quod prohibitum et illicitum est* alicui cc. على p. p. 7.

حَزَمَ *Colligavit, constrinxit.* — حَزُمَ *Providus, vigili et firmo animo fuit.* — حَازِمٌ *Providus et vigil animo (wakker van geest).* p. 8. — حُزْمَةٌ *Fascis* lignorum frugumve, *quantum uno capiatur amplexu;* vernaculo sermone *een arm vol.*

حَزِنَ *Tristis fuit.* — حَزَنٌ *Tristitia.* Pl. أَحْزَانٌ *Res tristes.* n. 116.

حَسَدَ *Invidit.* — حَسَدٌ *Invidia.* p. 3. — حَاسِدٌ, pl. حُسَّادٌ, *Invidus.* — مَحْسُودٌ *Is cui invidetur.* p. 3.

حَسُنَ *Bonus, pulcher, elegans fuit.* II *Elegantem, pulchrum fecit, reddidit.* IV 1) *Bene, probe, pulchre egit fecitve.* 2) *bene calluit.* ccar. 3) *Benefecit* alicui cc. إلى p. Inf. إِحْسَانٌ *Beneficentia, munificentia.* X *Bonam pulchramque censuit* aliquam rem. cca.

حُسْنٌ *Pulchritudo, praestantia, bonitas.*

حَسَنٌ, fem. ةٌ, *Pulcher, elegans.* — اَلْحَسَنُ بْنُ سَهْلٍ Vezîrus chalîfae Mâmouni. n° 52. — اَلْحَسَنُ بْنُ وَهْبٍ Frater Soleimânis ibn-Wahb. Vid. Lexicon in hoc nomine. n°. 58. — حَسَنَةٌ *Bonum opus, benefactum.*

حَسِينٌ, pl. حِسَانٌ, *Pulcher.*

أَحْسَنُ *Pulchrior, pulcherrimus, venustior, venustissimus, melior, optimus.* n°. 15. اَلْأَمِيرُ أَحْسَنُ تَشْبِيهًا *Ipse princeps optime eam comparare potest.*

مَحَاسِنُ, plurale inusitati singularis, *Benefacta, benemerita; pulchra corporis loca; quae pulchra sunt in re, virtutes* eius. p. 5. Contrarium est مَسَاوِئ.

حَشَمَ *Molestiâ, pudore, irâ affecit.* II Idem. cca. VIII *Pudo-*

rem concepit, impr. prae reverentiâ alicuius, *reveritus est* aliquem in aliquâ re. ccap. et في r. n°. 28.

حَشَا *Replevit.* ccar.

حِصْرِمٌ *Racemus immaturus.*

حَصَلَ *Provenit, exstitit, contigit.* II *Acquisivit.* cca. p. 2.

حصى IV *Numeravit.* p. 7.

حَضَّ *Instigavit, incitavit.* ccap. et على r. Inf. حَضٌّ.

حَضَرَ *Praesens fuit, adfuit* alicui personae vel aliquo loco. cca. Inf. حُضُورٌ. IV *Adduxit.* cca. — حَضْرَةٌ 1) *Praesentia.* 2) *excellentia, maiestas*, nomen honorificum, quo appellant Arabes principes et nobiliores. 3) *aula regia.*

حَطَبٌ *Lignum, quo ignis alitur.* — حَطَبَ f. i. *Lignatus est, collegit ligna.* VIII id. p. 8.

حَظِيَ *Dignitate, honore et favore gavisus est* apud aliquem. cc. عِنْدَ.

حَفَا *Totondit* capillos crinesve.

حَقَّ *Necessaria, vera fuit res.* II *Veram reddidit rem; fecit ut expleretur* desiderium alicuius. — حَقٌّ 1) *Quod iustum est; ius, quod iure debetur, competit* alicui. 2) *iustitia, veritas.* وَحَقِّ دينه *per veritatem religionis eius* (id est Dei)! iurisiurandi formula. p. 11. — أَحَقُّ *dignior, dignissimus.*

حَكَمَ *Iudicium protulit contra* aliq., *iudicavit.* cc. على p. VI *Simul adierunt iudicem.* — حِكْمَةٌ *Scientia, intelligentia; sapientia, philosophia.* p. 2 et 3. — حَكِيمٌ, pl. حُكَمَاءُ, *sapiens, philosophus.* p. 3, 4 et 5.

حَكَى f. i. 1) *similis fuit* alic. cca. 2) *narravit*, *retulit* de aliquo. cc. عن p. n°. 122.

حَلَّ *Solvit nodum*. cca.

حَلْق *Guttur*, *fauces*.

حَلُمَ *Longanimis*, *mitis* ac *mansuetus fuit*. IV *Mansuetos genuit*. مَا أَحْلَمَكَ *quàm mansuetus es*. p. 6. VI *Mansuetudinem simulavit*. p. 6. — حَلِيم *Mansuetus*. p. 6.

حَلَى *Ornavit* mulierem. — حِلْيَة *Ornatus* (*tooi*), spec. gladii, praecipue in capulo et vaginâ. p. 10.

حَمَّ f. o. 1) *Fervefecit* clibanum; et *calefecit* aquam. 2) *Laboravit febri*. p. 6. — حَمَّام *Balneum*. — حُمَّى (nomen fem. formae فُعْلَى) *febris*. n°. 99.

حَمِدَ *Laudavit*. — حَمْد *Laudatio*, *laus*. — حَامِد i. e. *laudans*, *laudatus*; nomen viri. حَامِدُ بْنُ ٱلْعَبَّاس Vezîrus chalîfae decimi octavi ex Abbâsidarum dynastiâ, Moktaderi. n°. 91. — مَحْمُود i. e. *laudatus*; nomen viri. مَحْمُود, agn. ٱلْوَرَّاق, i. e. *scriba*; mercator et poëta Bagdâdensis, mortuus a°. 221. n°. 112.

أَحْمَد i. e. *maiore* vel *maximâ laude dignus*; nomen viri. أَبُو ٱلْعَبَّاس أَحْمَدُ بْنُ إِبْرٰهِيم, agn. ٱلضَّبِّىّ (à ضَبَّة nomine proprio trium diversarum gentium Arabicarum auctorum), Vezîrus Sultâni Fachreddaulae, post Alsâhibum. Vid. Lexic. in hoc nomine. n°. 68. — أَحْمَدُ بْنُ ٱلسَّبّ Nomen viri. p. 12. — أَبُو عَلِيّ أَحْمَدُ بْنُ مُحَمَّد Filius chalîfae Arrâdhi Billah. Vid. Lexicon in hoc nomine. n°. 40. — أَحْمَدُ بْنُ سُلَيْمٰن n°. 108.

Mihi ignotus est. — أَحْمَدُ بْنُ صَالِحِ بْنِ شِيرَزَادَ Vezîrus Almotamedi, chalîfae Abbâsidae decimi quinti. n°. 56. — أَحْمَدُ ابْنُ يُوسُفَ Vezîrus chalîfae Almâmouni. n°. 54.

مُحَمَّدٌ i. e. *laudatus;* nomen viri. — مُحَمَّدُ بْنُ شَبَابَةَ n°. 78. Vir doctus quidam. — مُحَمَّدُ بْنُ عَبْدِ ٱلْمَلِكِ n°. 59. Aequalis Alhasani ibn Wahb (Vid. Lexicon in v.); Vezîrus, ut videtur. — أَبُو جَعْفَرٍ مُحَمَّدُ بْنُ عَبْدِ ٱلْمَلِكِ ٱلزَّيَّاتِ n. 30. Vezîrus chalîfae Almotasemi Billah, clarus quoque grammaticus et poëta, mortuus a°. 233. Apud Herbelotium in v. *Zaiat*, Ibn Challic. n°. 706 Ind. Tydem., et Abulf. Annal. II: 168 et 184, dicitur ٱبْنُ ٱلزَّيَّاتِ; quare et h. l. sic legendum videtur. — مُحَمَّدُ بْنُ مُوسَى, مُحَمَّدُ بْنُ مُكْرَمٍ. n°. 60. Mihi ignotus est. — agn. ٱلْهَاشِمِيُّ i. e. *ex Hâschemidarum gente oriundus.* n°. 121. Mihi ignotus est. — أَبُو ٱلْحَسَنِ مُحَمَّدُ بْنُ مُحَمَّدٍ, agn. ٱلْمُزَنِيُّ i. e. *ex Mozainidarum tribu oriundus;* Vezîrus Nouchi ibn-Mansour II, septimi regis ex Samânidarum dynastiâ. In altero codice, Thaâlebîi facetiarum libro adiuncto, agnomen huius viri المرى exaratum est; quod si ٱلْمُرِّيُّ pronuntiatur, virum significat ex unâ de octo, quibus مُرَّةُ nomen est, tribuum, si ٱلْمَرِيُّ, virum ex tribu مَرٍّ, vel ex oppido Hispaniae ٱلْمَرِيَّةُ (*Santa-Maria*).

مَحْمَدَةٌ, pl. مَحَامِدُ, *Opus laudabile et praeclarum, virtus.*

حَمَرَ IX *Rubuit.* — أَحْمَرُ *Ruber.* — حُمَيْرٌ, praenomine أَبُو ٱلْحَارِثِ n°. 123. Mihi ignotus est.

حَمُقَ *Stultus fuit.* — أَحْمَقُ Forma intens. *Fatuus.*

حَمَلَ *Portavit* onus. II *Oneravit; portare* aliquem *fecit iussitve* aliquid. ccga. p. 8. IV *Imposuit* onus vel aliquid *portandum* seu *ferendum* alicui. cca. et على. p. 4.

حَمَا *Defendit, tuitus est, prohibuit ne* aliquis rem *tangeret.* — حِمًى *inaccessum, locus inaccessus*, quum strenue, qui teneat, eum tueatur; proprie de leone, per excellentiam ٱلْمَحْمِىّ dicto; verum etiam de viro gravi ac superbo, ad quem non facile aditus patet. n°. 85. — حُمَةٌ, pl. حُمًى, *Venenum.*

حَنَفَ *Inclinavit.* حَنِفَ et حَنُفَ *Curvis pedibus praeditus fuit; vel introrsum flexis pollicibus*, sive *in dorso pedum a latere exteriore, incessit;* vel *plantae pedis inclinatum habuit pectus.* — أَحْنَفُ *Tales pedes habens, loripes.* ٱلْأَحْنَفُ cognomen viri, aliàs آبْنُ قَيْس dicti, unius ex iis, qui ٱلتَّابِعُونَ dicuntur, celebris ob magnam quâ erat mansuetudinem. p. 6.

حَاجَ f. o. *Opus, necesse habuit.* cc. الى r. (*behoefte hebben aan iets*). VIII Idem. p. 4. — حَاجَةٌ 1) *Res necessaria, negotium tale.* 2) *res expetita.* — حَاجَتُكَ *aliquid quo opus habes.* p. 11.

حَالَ Med. و. *Conversa, mutata fuit* res. V *Convertit se* de loco in locum, *commutavit* statum *cum* alio. cc. من et الى. — حَالٌ, pl. أَحْوَالٌ, 1) *Status, conditio.* 2) *res, negotium.* — حَالَةٌ *Status, conditio.*

حَيَّ a) *Vixit.* IV *Vivum, salvum fecit, reddidit.* cca. — b) حَيِيَ *Pudorem concepit.* — حَيَآءٌ *Pudor, verecundia.* — مُحَيًّا (pro مُحَيَّىٌ secundum Grammaticae § 9.) *Tota facies, vultus.*

حَيْثُ Adv. *Ubi.* بِحَيْثُ Idem. n°. 107: وَأَنْتِ فِى ٱلْحُسْنِ بِحَيْثُ

انّتِ propr. *dum tu eo gradu pulchritudinis es, quo es*, i. e. *dum tu tam pulchra es.*

حَارَ Med. ى. *Attonitus fuit.* II *Attonitum, obstupefactum reddidit.* cca.

حَانَ Med. ى. *Tempus adfuit.* — حِينٌ *Tempus.* حِينَ adv. *quum, quando.*

خ

خَبَأَ *Occultavit* aliquid. II Idem. p. 10.

خَبُثَ *Mala et prava fuit* res; *improbus, turpis, impurus, vilis, malignus fuit* homo. — خَبِيثٌ, fem. ة, *turpis, impurus, vilis, improbus, maleficus, scelestus.* p. 7.

خَبَرَ *Scivit.* IV *Scire fecit, nunciavit, certiorem fecit.* ccap. et ب r. p. 10. — خَبَرٌ, pl. أَخْبَارٌ, *Rumor, traditio, historia.*

خَبَزَ *Pressit manibus, pinsuit, depsuit* panem. — خُبْزٌ *Panis.* خُبْزُ بُرٍّ *Panis e tritico confectus.*

خَتَمَ f. i. 1) *Sigillavit, obsignavit* 2) *finivit, clausit*, aliquid aliquâ re. cca. et ب r. — خَاتَمٌ *Annulus signatorius.*

اَلْخَثْعَمِيُّ i. e. *oriundus ex tribu* خَثْعَمُ بْنُ أَنْمَارٍ, agn. poëtae nescio cuius. n°. 129.

خَجِلَ *Pudibundus, attonitus siluit.* IV *Pudore affecit et attonitum reddidit, confudit.* cca. — خَجَلٌ *Pudor, confusio.*

خَدَمَ *Ministravit, coluit.* Part. خَادِمٌ, pl. خَدَمٌ, *Famulus, minister.* — خِدْمَةٌ *Ministerium;* nostr. *opwachting.*

خَرَجَ f. o. *Egressus est, exiit, prodiit.* IV *Eduxit, produxit.*

p. 13. — خُرَاجَةٌ, pl. ـَاتٌ, *Quae e corpore prodeunt, furunculi, ulcera, rubores,* similiaque. n°. 116.

خُرَسَانُ *Chorasána,* provincia quaedam Persidis.

خَرَفَ *Decerpsit, collegitque* de arbore fructûs. — خَرِيفٌ *Tempus, quo colliguntur fructus, autumnus.* — اَلْخَرِيفُ Nomen viri. p. 12.

خَرَقَ *Laceravit* vestem. — خَرْقٌ *Fissura (scheur).* p. 12.

خَزَّ *Transfodit, confixit ac veluti consuit* telo. — خَزٌّ *Sericum, bombyx.*

خَزَرَ Ad hanc stirpem refertur خَيْزُرَانٌ *Radices arundinis fartae Indicae, arundo.* اَلْخَيْزُرَانُ Nomen matris chalîfae Hârounis Arraschîdi.

خَزَنَ *Recondidit, asservavit* rem. Part. خَازِنٌ *Thesaurarius.* — خِزَانَةٌ *Gazophylacium, arca, cista.*

خَسَّ *Ignobilis, vilis fuit.* أَخَسُّ *Ignobilior, vilior, vilissimus.*

خَشِيَ *Timuit, veritus est* ne, *sollicitus fuit.* cc. أَنْ. Inf. خَشْيَةٌ, *timor, reverentia.* p. 8.

خَصَّ *Tribuit* alicui aliquid *tanquam privum ac proprium.* — خَاصِّيَّةٌ *Proprietas.*

اَلْخَصِيبُ Nomen viri. n°. 25. Quis et qualis fuerit, quandoque vixerit, ex ipsâ narratione satis patet. Qui de eo eiusque liberalitate plura cupit, adeat Sam. Lee *Travels of Ibn Batuta,* III: 14—16.

خَصْلَةٌ *Proprietas,* impr. *bona.*

خَصَمَ *Altercatione et lite vicit, superavit* aliquem. — خَصْمٌ *Adversarius in lite* vel *altercatione.* p. 7.

خَضَبَ *Tinxit* manum, crines unguesve. cca. — خَضِيبٌ *Tinctus*, pecul. crinibus. n°. 8.

خَضِرَ *Viruit.* — خُضْرَةٌ *Color viridis;* quando de coelo sermo est, *caeruleus.*

خَطَّ *Lineas duxit.* — خَطٌّ 1) *Linea*, 2) *scriptura*, eius *ductus* et *character.*

خَطِئَ *Erravit*, *peccavit.* IV *Errorem commisit*, *hallucinatus est.* — خَطِيئَةٌ, sive خَطِيَّةٌ, *erratum*, *peccatum.* p. 3.

خَطَبَ *Orationem habuit.* III *Affatus est*, *appellavit* aliquem nomine aliquo. ccap. et ب n.

خَطَرَ *Vibravit* ensem vel hastam. III *Periculo se exposuit.* p. 7. Inf. مُخَاطَرَةٌ. ib.

خَفَّ *Levis fuit* pondere. II *Levem fecit*, *levavit.* cca. — خَفِيفٌ, fem. ةٌ, *Levis*, *agilis*, *celer.*

خَلَّ 1) *Deminuta et extenuata fuit* caro; 2) *ad inopiam et paupertatem redactus est*, *indiguit*, *opus habuit.* VIII Idem (vern. sermone *verarmen*). n°. 20. — خَلٌّ *Acetum*, ab extenuando sic dictum. — خُلٌّ *Amicus familiaris et intimus;* notione plane congruit Latino *necessarius.* — خَلِيلٌ 1) Idem. 2) Nom. propr. viri. خَلِيلُ بْنُ أَحْمَدَ Grammaticus celeber et scriptor Arabicus, mortuus a°. 175. n° 74.

خَلَعَ *Veste* خِلْعَةٌ *appellatâ*, *honoris ergo*, *donavit* aliquem. cc. على p. — خِلْعَةٌ, pl. خِلَعٌ, *Chlamys*, *vestimentum*, *quo donatur aliquis honoris causâ a principe.*

خَلَفَ *Venit post* sive *pone* alium. IV *Fefellit fidem* aut *exspe-*

ctationem aut *opinionem*. cca. — خَلِيفَةٌ *Successor, vicarius, chalífa;* imperatorum Arabum summorum titulus, cuius propria vis est: *Successor prophetae Mohammedis*, vel etiam خَلِيفَةُ ٱللّٰه i. e. *vicarius Dei*, quemadmodum legitur. n°. 112.

خَلَا *Vacuus, desertus fuit, liber patuit* locus. IV 1) *vacuum reddidit, ut pateat*, locum (veluti balneum) alicui. cca. et ل. n°. 73. 2) *Separavit* aliquid ab aliquo. cca. et من.

خَمَرَ 1) *Operuit, abdidit;* 2) *fermentavit* massam, fermento intus abdito.

خَمْرٌ, feminini, rariùs masculini, generis, *Vinum*, ex uvarum succo paratum, sic dictum, vel a fermentatione, vel a coöperiundo, condendo.

خُمَارٌ *Crapula*, et *capitis dolor ex eâ ortus.*

خِمَارٌ, pl. خُمُرٌ, 1) *Operimentum*, pec. *capitis*, seu *facieï, muliebre.* 2) *velamentum sinûs.*

مَخْمُورٌ *Ebrius vino.*

خَمْسٌ Nom. numer., خَمْسَةٌ forma fem., *Quinque.* Vid. Grammat. § 201. — خَامِسٌ, fem. ـَةٌ, *Quintus.*

خِنْزِيرٌ *Porcus, aper.* p. 9.

خَافَ, pro خَوِفَ, Fut. يَخَافُ. *Timuit, metuit.* cc. أن. — خَوْفٌ *metus, timor.* لِخَوْفِ *metu ne.*

خَاقَانُ n°. 32. Pater vezîri chalîfae Almotawakkeli ٱلْفَتْحِ بْنُ خَاقَانَ, interfecti a°. 247.

خَانَ Med. و. *Decepit, fefellit fidem, perfidus fuit.* — خَانٌ 1) *Taberna mercatoria, officina*, probabiliter a fraudibus, quae frequenter ibi committi solent; 2) *hospitium mercatorum,*

sive in viâ, sive in urbe structum, ubi cum mercibus diversantur.

خَوَارِزْمِى, i. e. *ex provinciâ Khowâresm oriundus;* agn. poëtae Arabici Abou-Bekri Mohammedis Ibn-alabbâsi, mortui a°. 383, secundum alios a°. 393.

خَارَ Med. ى. 1) *Bene se habuit, bono statu fuit.* 2) *habuit* aliquid *bonum prae* alio, seu *magis, quam* aliud; *praetulit.* VIII *Elegit, selegit* rem, cc. على; ex aliquâ re. cc. من. Part. pass. مُخْتَارٌ; اَلْمُخْتَارُ *selecta* libri. — خَيْرٌ 1) *Bonus* et *bonum.* مَوَاضِعُ اَلْخَيْرِ n°. 116: *Loca bonis abundantia.* 2) comm. gen. et omnis num., apud antiquos et bonos scriptores i. q. recentius أَخْيَرُ, *melior, optimus.* e. g. n°. 4: خَيْرُ دَوَابِّكُمْ *praestantissimum iumentorum vestrorum.* — خِيرَةٌ *Bonitas* et *favor Dei.*

خَاطَ Med. ى. f. i. *Suit, consuit* vestem. cca. — خِيَاطٌ *Acus.*

د

دَبَّ *Incessit,* pec. *lente leniterque, repsit.* — دَابَّةٌ, pl. دَوَابُّ, *Bestia, iumentum.* دَابَّةُ اَلْأَرْضِ i. e. *bestia terrae;* hoc nomine intelligitur *bestia secunda,* de quâ in Apocalypsi Ioännis Apostoli sermo est. Hanc tempore diei supremi ex monte Zafâ, prope Meccam, prorupturam esse, credunt Mohammedani. Cf. Cor. XXVII: 84, ibique Maraccius.

دَبَرَ *Pone fuit.* — دُبْرٌ *Postica pars.* مِنْ دُبْرٍ *a tergo.*

دَجَلَ *Decepit, mentitus est.* — دَجَّالٌ *Mendax, impostor;* cum

artic. et plenius scriptum ٱلْمَسِيحُ ٱلدَّجَّالُ *Pseudo-messias* sive *Antichristus;* qui, ex Moslemorum opinione, paulo ante iudicii extremi diem, a I. C. redituro hastâ occidetur.

دَخَلَ f. o. *Intravit* domum cca.; ad aliq. cc. إِلَى, vel apud aliq. cc. عَلَى p.; in aliquid cc. فِى. p. 6. III *Interior*, *intimus fuit*, *familiaris fuit*. ccap. p. 7. Inf. مُدَاخَلَةٌ *familiaritas*, *consortium*. IV *Introduxit*.

دِرْهَمٌ, pl. دَرَاهِمُ, *Dirhem;* nummus, pecul. argenteus, quales viginti, interdum et viginti quinque, valebant دِينَارٌ aureum unum. Est Graecum *drachma*. دُرَيْهِمَاتٌ Pluralis forma diminutiva.

دَرَا f. i. *Scivit.*

دِرْيَاقٌ Vocab. origine Graec., θηρίακον, *theriaca*, *antidotum.*

دَسِمَ *Pinguis fuit* cibus. II *Pinguem reddidit*, *pinguedine inquinavit.* cca.

دَعَبَ *Lusit et iocatus est.* III *Iocatus est cum* aliq. cca.

دَعَا f. o. 1) *Vocavit*, *clamavit.* 2) *convocavit*, *invitavit*, *arcessivit.* ccap. et إِلَى r. vel p. vel l. VIII ٱدَّعَى *Appellavit se*, *prae se tulit*, *praetendit*, *arrogavit* seu *vindicavit sibi* rem. cca. X *Arcessivit sibi*, *vehementer expetivit*, rem. n°. 51. — دَاعٍ *Arcessitor*, *invitator.*

دَعْوَةٌ 1) *Invocatio*, *precatio.* 2) *invitatio ad convivium.* 3) *convivium.*

دُعَآءٌ, pl. أَدْعِيَةٌ, 1) *Precatio*, *preces.* 2) *imprecatio*, *exsecratio.* cc. عَلَى. 3) *benedictio.* cc. لِ.

دَفْتَرٌ Graec. διφθέρα. *Codex*, *liber.*

دَفَعَ *Trusit; pepulit, impulit; dedit, tradidit* aliquid alicui. ccar. et الى p. p. 13 et 14.

دَفَقَ *Effudit* aquam. V *Effudit se* aqua.

دَقَّ *Contudit, comminuit.* — دَقِيقٌ propr. *quod contusum, comminutum est*, hinc *farina.*

دَلَّ *Monstravit; indicavit alicui viam* ad aliquid. cca. et على. — دَلَّالٌ *Internuntius inter eum qui rem vendit eumque qui emit* (*makelaar*). p. 12.

دَلَا IV 1) *Obtulit pecuniam iudici, corrumpendi eum causâ* 2) *Attulit argumentum in iudicio.* cc. ب argumenti.

دِمَاغٌ *Cerebrum.*

دَمِىَ *Sanguinem emisit.* — دَمٌ *Sanguis.*

دَنٌّ *Seria vini maior.*

دِينَارٌ, pl. دَنَانِيرُ, Graec. δηνάριον. *Nummus aureus pretii circà Ducati.* Vid. دِرْهَمٌ.

دَنَا دنا Ult. و. 1) *Propinquus fuit.* 2) *vilis, debilis fuit.* — دَنِىٌّ *Propinquus;* et *vilis.* — أَدْنَى, fem. دُنْيَا, *propinquior, proximus;* et *vilior, vilissimus.* p. 3. Fem. cum artic. اَلدُّنْيَا, puta اَلْحَيَاةُ, 1) *vita terrestris;* opposit. est اَلْآخِرَةُ: item 2) *hic mundus.* 3) *bona mundana.* p. 3.

دَهْرٌ 1) *Tempus.* دَهْرًا *aliquamdiu.* 2) *fortuna.*

دَآءَ Med. و. *Aegrotus fuit.* — دَآءٌ *Morbus.*

دُوَّاجٌ *Vestimentum, quod superinduitur reliquis, epomis, pallium, toga.* n°. 75.

دَارٌ, pl. دُورٌ, *Habitaculum, domus, aedes.* n°. 79.

دَالَ Med. و. *Celebritatem nactum est* aliquid. — دَالَّةٌ *Celebritas, fama.*

دَامَ f. o. *Mansit, permansit, diu* et *perpetuus fuit* in aliquâ re. cc. علىr. vel l. IV *Perpetuum fecit.* cca.

دَانَ f. o. *Inferior, sequior fuit.* — دُونٌ *Quod inferius* vel *sequius est.* دُونَ praep. *infra, sub; praeter.* دُونَ ٱلْآخَرِ *praeter alterum,* i. e. *neglecto altero.* p. 9.

2) Non minus frequens huius praepositionis usus est sensu cognato ὑπὲρ, *super*, *de*. Exempla sint n°. 91 وَهُمَا عَلَى ٱلدَّوَاوِينِ *et hi praefecti erant codicibus rationariis;* n°. 116 فِي تَفْضِيلِ حَالِ ٱلْمُطْرِبِ عَلَى حَالِ ٱلطَّبِيبِ, i. e. *de praestantiâ statûs musici prae statu medici;* n°. 2 لَمَا ٱخْتَرْتُ عَلَى ٱلْعِطْرِ, *profectò non eligerem quidquam prae aromatibus;* n°. 92 يُعَاتِبُهُ عَلَى تَرْكِ ٱلْمُهَادَاةِ, *corripiebat eum de omissione donorum reciprocorum;* n°. 120 ثَنَآءٌ حَسَنٌ عَلَى مُحْسِنٍ, *encomium pulcrum de benefactore.* Huc refero etiam phrasin, quae occurrit n°. 81, وَهُوَ قَاعِدٌ عَلَى بَابِ دَارِهِ, *dum consedebat ad portam domûs;* praepositione عَلَى enim h. l. innuitur, eum, qui portae assidebat, eâ superiorem fuisse, sive ei imminuisse. Eodem modo dicitur جَلَسَ عَلَى ٱلْمَائِدَةِ, *consedit ad mensam.* Huc referenda quoque videtur constructio verbi دَخَلَ, *intrare*, cum عَلَى, ut significetur *intrare apud* aliquem, qui in domo vel conclavi sedit; dum hoc verbum cum إِلَى constructum significat *intrare ad* aliquem, ut adeatur.

Huius praepositionis significatio *super* interdum hanc adiunctam notionem adsciscit, ut valeat: *super aliquâ re, quae obstaculo est; neglectu eius habito*, et idem sit ac nostrum *niettegenstaande, in weêrwil van;* e. g. n°. 107 كَيْفَ تَصْبِرِينَ عَلَى قُبْحِهِ, i. e. *quomodo patiens es non obstante eius deformitate?* Plura exempla huius significationis vide apud Kosegarten. in Lexico s. v. على, n°. 6.

3) Utuntur quoque Arabes hac praepositione, ubi Latini

praepositionem *in* cum Ablativo usurpant, ad denotandum statum, vel conditionem, *in* quâ aliquis versatur, praesertim diutiùs et permanenter; e.g. n°. 91, in fine, وَكَأْسٍ شَرِبْتُ عَلَى لَذَّةٍ, *et saepe hausi poculum in statu iucundo;* n°. 96 اذا دَامَتْ عَلَيْهِ, *quum (animus) assidue versatur in eâ (re);* يَتَّصِلُ عَلَى ٱلْأَوْقَاتِ ٱلرَّغْدَةِ, *continuus est in horis affluentiae et abundantiae;* n°. 100 فَرَكَدَ ٱلْهَمُّ عَلَى قَلْبِهِ, *et (moeror) substitit in corde eius.* Huc pertinet etiam phrasis كُنْتُ عَلَى أَنْ, n°. 133, *in eo fui ut.*

4) Magis a primâ huius praepositionis notione recedit significatio *contra*, *erga*. Exempla vide n°. 82 هَجَمَ عَلَيْهِ, *qui irruit in eum*, ubi etiam nos: *die op hem aangevallen was;* n°. 121 عَتَبَ عَلَيْهِ, *succensuit ei;* vernac. *hij was boos op hem.* In universum verba *irritandi*, *instigandi* et *irascendi* fere cum عَلَى construuntur. Conferatur quoque n°. 23 غَيْرَةً عَلَيْهِ, *zelotypiâ erga eum;* n°. 54 فَأَعِنْ عَلَيْهِ, *succurre igitur contra id;* n°. 120 فَقَوَّاكَ عَلَى هٰذَا ٱلتَّعَبِ, *et corroboravit te in hanc defatigationem.*

5) Construuntur denique multa verba cum عَلَى, quae Latino sermone casum Dativum post se adsciscunt. Sic n°. 100 فَأَشَارَ عَلَيْهِ, *suasit ei*, n°. 35 وَأَفْضَلَ عَلَى أَبِي تَمَّامٍ *et benefecit Abou-Temmâmo.*

عَلِيٌّ *Alí*, nomen viri. — عَلِيُّ بْنُ أَبِي طَالِبٍ *Quartus Mohammedis prophetae in imperio successor.* p. 4. — عَلِيُّ بْنُ حَمْزَةَ, agn. ٱلْأَصْفَهَانِيُّ, id est *Ispahanensis.* Vir doctus et scriptor Arabicus, mortuus a°. 356. n°. 126. — عَلِيُّ بْنُ ٱلْجَهْمِ, n°. 116,

Poëta, mortuus a°. 249. — عَلِيّ بْن زَيْن, agn. اَلطَّبَرِي, id est, vel *natus in urbe* طَبَرِيَّة, vel *oriundus ex provinciâ* طَبَرِسْتَان. n°. 97. — Vir doctissimus Weijers, ex collatione codicis bibliothecae Leidensis 159, pro بْن زين, quod nos edidimus quanquam in codice plane ambigue et sine punctis diacriticis exaratum est, legendum putat بْن رَبَّن. In illo enim codice mentio iniicitur Alîi cuiusdam, agnomine Attabarî, qui a patre suo, Iudaeorum principe (רַבָּן), cognomen بْن رَبَّن traxisse videtur, et ipse initio quidem Iudaeus fuit, at postea, auctore Almotasemo Chalîfâ, apud quem in magno honore fuit, Mohammedis assecla factus est. Hunc eundem esse, qui in nostro codice commemoratur, mihi quoque ob magnam nominis similitudinem maxime probabile esse videtur. Ex eo autem, quod in isto codice in medicorum numero recensetur, satis etiam certum est, quo vitae genere fuerit. — عَلِيّ بْن عَبْد ٱللّه, agn. سَيْف ٱلدَّوْلَة. Vid. in voce سَيْف. — عَلِيّ بْن عُبَيْد, agn. اَلزَّنْجَانِي, id est *ex urbe* زَنْجَان *oriundus.* n°. 117. Mihi ignotus est. — عَلِيّ بْن عَبْد ٱلْعَزِيز, n°. 67, Iurisconsultus Schafeïticus, mortuus. a°. 366. — عَلِيّ بْن عيسَى, n°. 90, Vezîrus chalîfae Almoktaderi. — عَلِيّ اِبْن ٱلْعَزِيز, praen. أَبُو ٱلْحَسَن, n°. 93, Iudex quidam.

عَمَّ *Communis fuit* et *communicavit; omnino texit* aliquid. — عَمّ 1) *Patruus.* 2) *magna hominum turba.* — عِمَامَة *Cidaris, fascia*, quâ Orientales obvolvunt caput.

عَمِرَ et عَمَرَ *Superstes fuit, vixit aliquod tempus.* عَمِرَ, عَمُرَ et عَمَرَ *Bene se habuit, floruit*, de opibus. عَمَّرَ *superstitem serva-*

vit hominem; *cultam et habitatam reddidit* domum. Inf. عِمَارَة, *condere* palatium. p. 11. — عَامِرٌ *Cultus et habitatus* locus p. 12; etiam nom. viri et gentis. عَامِرُ بْنُ عَبْدِ ٱلْقَيْسِ Nomen viri. p. 6. — عُمْرٌ *Vita, aetas.* — عُمَرُ *Omar*, nomen viri. N°. 2 mentio est Omari secundi Arabum chalîfae. — عُمَرُ, agn. ٱلرُّخَّجِيُّ, i. e., vel *oriundus ex* ٱلرُّخَّجِيَّة, pago prope Bagdâdum, vel *oriundus ex* رُخَّج, Sidjestânae urbe. n°. 121. De eo mihi nihil innotuit.

عَمِلَ f. a. *Operatus est, fecit, egit; operam dedit* rei. cc. على; *studuit facere* aliquid (*werk van iets maken*). cc. ب p. 5 et 9. Inf. عَمَلٌ *Operari, opus.* p. 2 et 8. X 1) *Iussit* aliquem *facere* aliquid. 2) *usurpavit, adhibuit.* — عَامِلٌ *Operator, praefectus*, pecul. *exactor, quaestor.*

عَمِيَ *Coecus fuit.* — أَعْمَى *Coecus.*

عَنْ Praep., cuius propria vis haec est, ut *separationis* notionem exprimat. Reddenda ergo plerumque est 1) *a, ab;* e. c. n°. 133 فَقَطَعَنِى عَنْ خِدْمَتِهِ, propr. *et resecuit me a ministerio eius*, id est *facultatem ei ministrandi mihi praecidit;* n°. 62 بُعْدُكَ عَنِّى *remotum tuum esse a me;* n°. 63 لَمَّا رَجَعَ عَنِ ٱلْعِرَاقِ *postquam reversus erat ab Irâcâ.* — Interdum reddenda per: *auctore, auctoritate alicuius*, licet proprie non aliud significet quam *a, ab aliquo;* videlicet ubi de traditione sermo est; e. g. n°. 5 وَكَانَ يَرْوِى عَنْ رَسُولِ ٱللّٰه, id est per breviloquentiam pro *et referebat* (dictum) *ut descendens a prophetâ Dei;* n°. 134 فَصْلٌ عَنِ ٱلصَّاحِبِ, i. e. *pericope, narratio, descendens ab*, sive *auctore Alsâhibo;* n°. 95 أَفْتَصَدَنِى نَصْرَانِيًّا عَنْ

غُلَامِهِ عَنْ يَهُودِيّ, i. e. *num igitur fidem habebimus Christiano (qui nobis aliquid tradidit acceptum) a servo suo (qui hoc rursùs) a Iudaeo (accepit)* ?

Difficile dictu est, quomodo cum hac primâ notione aliae significationes congruant, quae huic praepositioni tribuuntur. Saepe enim transferenda est

2) *Quod attinet ad, de;* e. g. n°. 88 وَسَأَلَهُ ٱلرَّشِيدُ عَنِ ٱسْمِ ٱمْرَأَةِ ابْلِيسَ, i. e. *et interrogavit eum Arraschídus de nomine uxoris diaboli;* et sic perpetuo verbum سَأَلَ cum عَنْ construitur.

3) *Loco* alicuius, *pro* aliquo; e. g. n°. 73 يَنُوبُ عَنِّي فِي ٱلْكِتْبَةِ, i. e. *qui pro me vicem explet in scribendo.*

4) *Super*, hoc sensu, ut sit *super aliquâ re, quae impedimento est*, sive *neglectu eius habito*, nostrum *afgezien van iets;* e. g. n°. 14 مَنْ عَفَا عَنْ قُدْرَةٍ, i. e. *qui condonat super potentiâ, quamvis sit potens.*

Ex eo, quod huic praepositioni et significatio inest rem *mittendi* vel *negligendi*, explicandum esse videtur, quod verba nonnulla *negligendi*, *obliviscendi*, et quae sunt huius generis plura, cum عَنْ construuntur.

Unde factum sit, ut alia quoque verba, veluti رَضِيَ, *gratum habuit*, cum عَنْ construantur, e. g. n°. 2 et 116, alio modo explicandum est.

عَنْبَرٌ Comm. gen. *Ambarum*, odoramenti species.

عِنْدَ Praep., cuius propria vis est *apud* aliquem, i. e. *in domo* alicuius; e. g. n°. 93, 81; hinc et in universum *apud* aliquem,

uti n°. 112 et 120, quo posteriore loco مَا ٱلَّذِى هَوَّنَ عِنْدَكَ, *quid facile reddit apud te*, idem est ac *quid facile reddit tibi*, vernac. *voor U*, sive *in uw oogen*. — Usurpatur quoque de tempore, veluti n°. 114 عِنْدَ ذٰلِكَ *tunc, eo tempore;* sic et nos dicimus *daarbij;* et n°. 51 عِنْدَ بُرْئِهِ, *tempore convalescentiae eius*, uti et nos *bij zijn herstelling*.

عَنَى Imprf. يَعْنِى. *Voluit* aliquid dicendo. cca. — مَعْنًى 1) *Significatio, vis vocabuli, sensus, mens.* 2) in genere *vis* alicuius rei, *proprietas, virtus.* n°. 122.

عَوِجَ *Curvus, distortus fuit.* IX Idem. Inf. ٱعْوِجَاجٌ, *curvitas.* p. 11.

عَادَ f. o. 1) *Rediit, reversus est ad.* cc. لِ et إِلَى; et *rediit* cum aliquâ re, eam secum ferens. cc. بِ r. p. 14. 2) *visitavit*, pec. aegrotum. cca. III *Rediit ad* aliquem *iterum atque iterum.* cca. — عُودٌ *Lignum*, pec. *lignum aloës.* 2) *chelys, testudo, cithara.* — عَادَةٌ, pl. عَادَاتٌ, *Consuetudo, mos receptus.*

عَارَ Med. و. IV *Mutuo dedit* aliquid. cca. X *Mutuo petiit, mutuatus est*, aliquid ab aliquo. ccar. et مِن p.

عَامٌ *Annus.* عَامَ كَذَا! *Anno isthoc;* vernaculo sermone *in het zooveelste jaar.*

عَانَ Med. و. IV *Adiuvit, succurrit* alicui contra aliquem. ccap. et على p. vel r. X *Auxilium petiit* ab aliquo adversus aliquam rem. cc. بِ p. et على r.

عَوَى *Latravit, ululavit.* — مُعَاوِيَةٌ et مُعْوِيَةٌ *Catulus.* مُعْوِيَةٌ, nomen viri. مُعْوِيَةُ بْنُ أَبِى سُفْيٰنَ nomen chalîfae ex Omaiadis primi.

عَىَّ et عَيِىَ *Impar fuit perficiendae rei.* IV *Difficilis ac impedita* alicui *fuit* res; *incurabilis* alicui *fuit* morbus. ccap. p. 7. — عَيَّاءٌ *incurabilis*, de morbo. p. 3.

عَابَ f. i. *Vitiosa fuit* merx; *vitiosum reddidit; vituperavit, exprobravit.* — عَيْبٌ *Vitium.* p. 2 et 12.

عيسَى Hoc nomine Arabes vocant *Iesum Christum.*

عَاشَ Med. ى. *Vixit.* — عَيْشٌ *Vita.* — مَعِيشَةٌ Idem. — عَائِشَةُ Nomen uxoris Mohammedis tertiae.

عَيْنٌ, pl. أَعْيُنٌ et عُيُونٌ, *Oculus.*

غ

غُبْرَةٌ *Pulvis.*

غَدَا f. o. *Mane venit.* — غَدٌ *Crastina dies.*

غَذَا, *Aluit, nutrivit.* II Idem. cca.

غَرَّ 1) f. o. *Decepit* aliquem. p. 3. 2) f. a. *Albâ maculâ in fronte praeditus fuit* equus; hinc in genere *candidus, albus fuit.* VIII *Deceptus fuit* vanarum rerum desiderio et spe (*zich* door iets *laten verleideu*). cc. ب r. p. 8. — غُرَّةٌ, pl. غُرَرٌ, *Quod in quavis re praestantissimum est.* n°. 84.

غَرَبَ *Abfuit, abiit, occidit* sol. Inf. غُرُوبٌ. — غُرْبَةٌ *Peregrinatio, peregrinitas.* — غَرِيبٌ *Peregrinus, alienigena.* — مَغْرِبٌ *Locus,* sive *plaga* solis *occasûs.*

غَرِدَ II *Modulata* est, *cecinit* avis.

غَرِمَ *Obstrictus fuit debito, necessarie solvendo.* — غَرِيمٌ *Debitor* et *creditor.*

غَرَّا IV *Instigavit, irritavit.*

غَسَلَ f. i. *Lavit, abluit* aliquid aliquâ re. ccar. et ب instrumenti.

غَشَّ *Decepit, fefellit* aliquem. — غِشّ *Fraus, adulteratio.* n°. 129. — مَغْشُوش *Falsus, adulterinus.* p. 13.

غَصَّ *Praefocatus est* cibo potuve. — غَاصّ, *Anxius* re in faucibus haerente; transl. de conclavi, *ad suffocationem* hominibus *referto.* n°. 62. — غُصَّة *Angustia, angor.*

غَصَبَ, *Violenter eripuit* alicui rem. ccga.

غَضِبَ f. a. *Iratus fuit, succensuit.* p. 7. Inf. غَضَب, *ira.* p. 5 et 7.

غَفَرَ 1) *Texit* rem. 2) *condonavit.* — غَفُور *Condonans, clemens,* epitheton Dei.

تَغَافَلَ VI *Studio non curavit, neglexit.* cc. عن. — غَفْلَة *Incuria, socordia.*

غَلَبَ f. i. *Praevaluit, superior fuit, vicit* aliquem aliquâ re. cc. على p. et ب r. — أَغْلَبُ *Potior, potissimum.* n°. 101 كَانَ أَغْلَبُ الأَدْعِيَةِ عَلَى لِسَانِهِ, i. e. *precatio, quam potissimùm,* sive *plurimùm in ore habuit, fuit* cet.

غَلِمَ *Libidinosus fuit.* — غُلَام 1) *Adolescens, iuvenis.* 2) *Servus, famulus.*

غَلَا *Carus, magni pretii fuit.* cc. ب pr. III *Magno pretio emit* aliquid. cc. ب r.

غَمِرَ *Sitivit.* غَمُرَ *Experientiâ caruit, rudis fuit.* Part. غَامِر *Incultus, inhabitatus, vastus.* p. 12.

غَنِجَ *Gestu amatorio,* veluti *limo intuitu, usa est* femina. — غُنْج *Amatorius feminae gestus.*

غَنِيَ *Dives fuit.* Inf. غِنًى. p. 8. II *Cecinit, cantavit* aliquid alicui. ccga. V Idem. — غَنِيٌّ, pl. أَغْنِيَاءُ, *Dives.* أَغْنَى Comp. et superl. p. 5. — غِنَاءٌ *Cantus.* — مُغَنٍّ *Cantor, cantator, musicus.*

غَاثَ Med. و. *Opem tulit, succurrit.* IV Idem.

غَابَ Med. ى. *Abfuit.* — غَائِبٌ *Absens.* — غَيْبٌ *Quidquid latet aliquem; arcanum, mysterium.*

غَيْثٌ *Pluvia.*

غَارَ Med. ى, f. a. *Suspiciosus, zelotypus fuit* erga aliquem cc. على p. Inf. غَيْرَةٌ. II *Alteravit, mutavit, emendavit.* cca. — غَيْرٌ *Mutatio, diversitas;* cum nomine in Genitivo vel pronomine personali adiuncto, *diversus, alius quàm.* غَيْرُهُ *Alius.* n°. 12. غَيْرَ praep. (Conf. Grammaticae § 215) *praeter, absque, sine.* n°. 28 عَلَى غَيْرِ فَهْمٍ, i. e. *dum ego versabar in eâ conditione, ut intelligere non possem.* مِنْ غَيْرِ *Sine.*

غَاظَ f. i. *Irritavit, irâ implevit* aliquem. — غَيْظٌ *Ira.* p. 4.

غَيْمٌ *Nubes.*

ف

فَ Coni. inseparab., quae arctiùs connectendis integris enunciationibus, raro, et fere nonnisi apud poëtas, copulandis etiam singulis nominibus inservit.

1) Coniunctionis فَ haec peculiaris est vis, ut eâ denotetur *actionem, de quâ sermo est in enuntiatione, cui praefigitur, cum actione antecedentis enunciationis ita coniunctam*

esse, ut ex hac, magis vel minus necessariò, consequatur. Reddenda igitur plerumque per: *itaque, ergo, ideo, ita ut:* e. g. n°. 4. فَلَا تَرُدُّوا عَلَيْهِ صَدَقَتَهُ, i. e. *ne igitur reiiciatis in eum eleëmosynam eius;* n°. 54 فَأَعِنْ عَلَيْهِ, i. e. *succurre igitur contra id;* n°. 23 وَعَبِثَتْ بِخَاتَمِهَا فَسَقَطَ مِنْ يَدِهَا, i. e. *et ludebat annulo suo, ita ut* (vernaculo sermone *met dit gevolg, dat*) *manui eius excideret.* Sic etiam quando narratur responsum, hoc constanter per فَ praecedenti interrogationi annectitur, quia illud ex hac consequitur. Cf. e. g. n°. 1 فَقَالَ أَهُوَ لِلْبَيْعِ فَقَالَ لَا, i. e. *et dixit: an hoc venale est? Et respondit: minime.* Quemadmodum autem in eiusmodi exemplis فَ non aliter reddere possumus quam per *et*, ita saepius fit: quamvis vero haec coniunctio sic eodem modo transferatur ac copula وَ, nequaquam tamen promiscue usurpantur, et fere semper arctior illâ, quam hac, significatur connexio.

Interdum فَ ponitur ante enunciationem, quae cum antecedente ita cohaeret, ut causam reddat eius, quod in hac dictum est, et tunc reddenda est per *nam, etenim.* Exemplo sit n°. 2 فَإِنْ فَاتَنِي رِبْحُهُ, i. e. *nam si carerem lucro eius.*

2) Frequentissime quoque hac coniunctione utuntur Arabes ad copulandam cum protasi apodosin, quoties hanc ab illâ clariùs distinguere volunt, perspicuitatis vel emphaseos causâ, ubi nos particulâ *dan* sive *zoo* uti solemus. Exempla sint n°. 32: مَا دَامَ أَمِيرُ ٱلْمُؤْمِنِينَ فِي دَارِ أَبِي فَهِيَ أَحْسَنُ,

i. e. *quamdiu versatur Princeps credentium in domo patris mei, haec pulcrior est;* n°. 25 فَتَدَفَّقَا فَكِلَاكُمَا بَحْرٌ, i. e. *et, si redundatis, uterque vestrûm mare est;* n°. 118 أَمَّا شَمْسِي فَلَمْ تَزُلْ, i. e. *quod attinet ad solem meum, hic nondum occidit;* et sic perpetuo post particulam أَمَّا.

Praeter has primarias habet et alias significationes haec coniunctio, de quibus autem sileo, quandoquidem in hisce selectis non occurrunt. Cf. tamen Gramm. § 239, 5°.

فَارَ *Effodit* terram. — فَارَةٌ 1) *Mus.* 2) *Odor, acrior fragantia musci.*

فَتَحَ *Aperuit.* — فَتْحٌ 1) *Auxilium, victoria.* 2) cum Artic. اَلْفَتْحُ nom. propr. viri; اَلْفَتْحُ cognomine اِبْنُ خَاقَانَ, n°. 32, Vezîrus chalîfae Almotawacceli, una cum hoc interfectus a°. 247. — مِفْتَاحٌ *Clavis.*

فَتَّشَ *Scrutatus est, perscrutatus est, perquisivit.* cca. II Idem. p. 10.

فَتِيَ *Iuvenis fuit.* IV *Edocuit* aliquem rem. ccap. et فِي r. — فَتًى *Adolescens, iuvenis.*

فَجَّ *Distendit, dilatavit.* — فُجَّةٌ, pl. regul., *Insterstitium;* pec. *de fissurâ oculi.* n°. 72.

فَجَرَ *Rebus turpibus omnino se dedidit; improbe egit.* Inf. فُجُورٌ, *improbitas.* p. 3.

فَخَرَ et فَخِرَ *Gloriatus est, iactavit se.* — فَاخِرٌ *Iactans se; praestans* et *pretiosus* de quâvis re (*prachtig, magnifiek*). p. 10.

فَدَا 1) *Dato lytro redemit.* 2) *devovit se pro* aliquo ccap. pro

qua. n°. 126. — فِدًا *Pretium, quo quis ridimitur, lytrum.* De formulâ جُعِلْتُ فِدَاكَ vid. Lexicon in v. جَعَلَ.

فَرَّ f. i. *Fugit.* cc. مِن. Inf. فِرَارٌ.

فَرِحَ f. a. *Laetatus est.* II *Exhilaravit.* Per مُفَرِّحَاتٌ, n°. 100, intelliguntur *medicamenta exhilarantia.* — فَرَحٌ *Laetitia, gaudium.*

فَرَدَ *Separatus, solus fuit.* IV *Segregavit, solum fecit;* n°. 80 تُفْرِدُنِي فِي ٱلتَّعَجُّبِ, propr. *Solum me facis in admiratione,* i. e. *me solum admiraris.* VII *Separatus, solus fuit.*

فَرَسٌ *Equus.* — فَارِسٌ *Eques:* item nomen gentis *Persarum* et regionis *Persiae.* p. 10. — فَارِسِيٌّ *Persicus.* اَلْفَارِسِيَّةُ *Lingua Persica, sermo Persicus,* quemadmodum et nos dicimus *het Persisch.* n°. 40.

فَرْطٌ *Nimium, excessus.*

فِرْعَوْنُ Ita in Arabicâ dialecto audit nomen *Pharao.*

فَرَغَ *Ad finem perduxit, absolvit* rem. cc. مِن r.

فَسَحَ *Amplus, spatiosus fuit locus.* — فُسْحَةٌ *Amplitudo, spatium amplum.*

فَسَدَ *Corruptus fuit.* IV *Corrupit.* cca. p. 2.

فَصْلٌ *Articulus, membrum, segmentum, pericope.*

فَضَّ f. o. *Fregit, diffregit* aliquid. — فِضَّةٌ *Argentum.* p. 10.

فَضَلَ *Eminuit, excelluit.* II *Praetulit* aliquam rem vel personam alteri. ccar. vel p. quae praefertur, et عَلَى r. vel p. cui praefertur. IV *Praeclare benefecit* alicui, *optime de eo meritus est.* cc. عَلَى p. V Idem, et *excellentiam eminentiamve prae aliis monstravit.* — فَضْلٌ 1) *Praestantia, excellentia,*

munificentia. عَنْ فَضْلًا seq. nom. subst., et عَنْ أَنْ seq. verbo, *multo minus, nedum, tantum abest, ut.* 2) Nom. propr. viri. اَلْفَضْلُ بْنُ يَحْيَى بْنِ خَالِد, n°. 47 et 128, Vezîrus chalîfae Hârouni Arraschîdi. — اَلْفَضْلُ بْنُ اَلرَّبِيع, n°. 50 et 75, Vezîrus chalîfarum Hârouni Arraschîdi et Alamîni. — اَلْفَضْلُ ابْنُ سَهْل, n°. 51, Vezîrus chalîfae Almâmouni. — فَاضِلٌ *Praestans* (pec. scientiâ). p. 7. — أَفْضَلُ *Praestantior, praestantissimus.*

فَطِنَ *Animadvertit, intellexit, perspexit.* cc. ل r.

فَعَلَ f. a. *Fecit, egit* aliquid. cca. — فِعْلٌ, pl. فِعَالٌ, *Actio, opus.*

فَقَدَ *Desideravit, amisit, perdidit* aliquid (*missen, derven*). p. 10. Pass. *desideratus fuit, non inventus est, abfuit.* Inf. فَقْدٌ, p. 4; et فِقْدَانٌ, sensu passivo, *absentia.* n°. 84.

فَقِرَ *Pauper fuit.* — فَقْرٌ *Paupertas.* p. 2 et 8.

فَقِهَ *Sapiens, doctus, praeditus fuit iuris rerumque divinarum scientiâ* — فَقِيهٌ, pl. فُقَهَآءُ, *Iurisconsultus, theologus.*

فَكَرَ *Cogitavit* de re, *attente consideravit* eam. — فِكْرٌ *Meditatio, attentio.*

فَاكِهَةٌ, pl. فَوَاكِهُ, *Fructus arborum.*

فَالُوذَجٌ *Edulium ex amylo, aquâ et melle confectum.*

فَلَسَ *Inops fuit.* IV Idem.

فَلْسَفَةٌ Vocab. origine Graecum: *Philosophia.* — فَيْلَسُوفٌ, pl. فَلَاسِفَةٌ, *Philosophus.*

فُلَانٌ, fem. ةٌ, Hebraic. פְּלֹנִי, i. q. Graec. ὁ, ἡ δεῖνα, *aliquis, quidam.* Usurpatur vice nominis, quod non appellatur, quia non opus videtur appellare. p. 13. — فُلَانِيٌّ eodem modo

usurpatur vice nominis adiectivi, quod non exprimitur. e. c. p. 13: ٱلثَّوْبُ ٱلْفُلَانِىُّ ٱلَّذِى شَرَيْتَهُ مِنْ فُلَانٍ *Dat en dat kleed, dat gij gekocht hebt van dien en dien.*

فَنَّ II *In genera* vel *classes distribuit.* V *Diversi generis fuit.* — فَنٌّ, pl. فُنُونٌ, *Species, classis, genus.*

فَهِمَ *Intellexit, percepit.* Inf. فَهْمٌ. II *Intelligere, percipere fecit.* X *Voluit intelligere, rogavit, ut doceretur, ut intelligere* aliquid *posset.*

فُو, Gen. فِى, Acc. فَا, si cum complemento construitur (aliàs فَمٌ, فُمٌ vel فِمٌ, Gramm. § 193), *Os (oris).* p. 2.

فَاتَ f. o. *Fugit, effugit, praeterivit* aliquem res. ccap.

فَازَ f. o. *Potitus est* re, *abstulit* eam. cc. ب r.

فَاقَ f. o. 1) *Superavit praestantiâ* aliquem. cca. 2) *Singultivit.* VIII *Pauper evasit, egestate laboravit.* — فَاقَةٌ *Paupertas, egestas.* p. 5.

فِى 1) vid. فُو. 2) Praep., cuius propria vis est, ut significet quietem, tam in loco quàm tempore. Reddenda igitur saepissime per *in* cum Ablativo, vel per simplicem Ablativum: e. g. n°. 58 نَظَرَ الَى رَجُلٍ فِى مَجْلِسِهِ, i. e. *conspexit virum in conclavi suo;* n°. 28 فِى أُذْنِى, i. e. *in aure meâ;* n°. 60 فِى ٱلسَّمَآءِ, i. e. *coelo*, ubi nos dicimus *aan den hemel;* n°. 32 فِى نِهَايَةِ ٱلْحُسْنِ, propr. *in fastigio pulchritudinis*, i. e. *summae pulchritudinis;* n°. 75 فِى يَوْمٍ بَارِدٍ, i. e. *die frigido*, ubi nos, ex nostro loquendi usu, *op een kouden dag;* sic et n°. 76 et 124. — n°. 109. فِى ٱلطَّرِيقِ, i. e. *in viâ;* n°. 26 فَوَقَّعَ فِى ظَهْرِ كِتَابِهِ, propr. *et inscripsit dorso epistolae.* —

Neque aliam vim haec praepositio habet, quando, ut in exemplis sequentibus, *inter* reddenda est: n°. 18 ثُمَّ تَكَلَّمَ فِيهِمْ رَجُلٌ, id est *tum verba fecit quidam inter eos;* n°. 25 وَنَادَى فِرْعَوْنُ فِى قَوْمِهِ, i. e. *et inclamavit Pharao inter populum*, sive *in medio populi;* n°. 63 فَقَالَ بَغْدَادُ فِى ٱلْبِلَادِ, i. e. *et dixit: Bagdadi urbs inter urbes*, cet. — Non minùs denique notio *quietis in loco* huic praepositioni subiecta est, quando, quod saepissime fit, usurpatur de argumento, *in quo versatur* sermo aut liber; ubi Latini praepositione *de* utuntur. Exempla sint omnes horum Selectorum capitum inscriptiones, in quibus verba فِى لَطَائِف reddenda sunt *de facetiis;* porro n°. 18 تَكَلَّمَ عِنْدَهُ قَوْمٌ فِى مَسْأَلَةٍ, i. e. *verba fecerunt coram eo aliquot homines de quâdam quaestione;* n°. 116 فَصْلٌ فِى تَفْضِيل, i. e. *segmentum de praestantiâ*, caet.

Neque alius huius praepositionis usus esse videtur n°. 5: فَأَمَّا فِى ثِيَابِ مِصْرَ فَلَا, *at de vestibus Aegyptiacis si sermo est, tum non.*

قَيْفٌ et قِيفًا, قِيفَةٌ vel قَيْفَةٌ, pl. قَيَافِى *locus aequabilis*, vel *desertum aquâ carens.* p. 12.

ق

قَبُحَ *Deformis, turpis fuit.* Inf. قُبْحٌ. X *Deformem turpemque censuit, improbavit, destatus est.* — قَبِيحٌ, fem. ـَةٌ, *Deformis, turpis, teter.* قَبِيحَةٌ 1) Nomen matris chalîfae Almotassi-Billah. n°. 33. 2) Nomen puellae chalîfae Almotawacceli,

n°. 105. — أَقْبَحُ *turpior*, *turpissimus*, *magis* vel *maxime deformis*. — قُبْحَةٌ *Deformitas*. p. 3.

قَبَسَ *Accendit* ignem. VIII i. q. I. et *accepit* ab aliquo, *desumsit* et *comparavit sibi* ignem. ccar.

قَبَضَ *Prehendit manu*, *apprehendit*, *cepit* aliquid. p. 13.

قَبَلَ *Ab anticâ*, *anteriore parte fuit*, *occurrit*. II *Osculatus est*, ccar. vel p. IV *Accessit*, *advenit*, *convertit se* ad aliquem cc. على p. X *Convertit*, *obvertit faciem* e regione loci alicuius. ccal. n°. 127. — قَبْلَ, propr. accusativus in statu constr. a قَبْلٌ *pars anterior* (Gramm. § 214 et 215); tum Praep. *ante*. — قِبْلَةٌ *Tractus antrorsum oppositus*, pec. *tractus*, *ubi templum Meccanum situm est*, quo se, dum precantur, convertunt Mohammedani.

قَبَاءٌ *Tunica virilis*.

قَتَبَ *Edenda dedit intestina assata* alicui. — قُتَيْبَةٌ, Demin. vocis قِتْبَةٌ, *Intestinum*. قُتَيْبَةُ Nom. propr. viri. قُتَيْبَةُ بْنُ مُسْلِمٍ, n°. 15, Dux illustris Alwalîdi, sexti Chalîfae ex Omaiadarum familiâ.

قَتَرَ *Parce sumptum fecit*, *tenax fuit* in aliquem. cc. على p. IV Idem.

قَتَلَ *Occidit*, *interfecit*. — قَتْلٌ *Caedes*, *nex*.

قَدَّ f. o. *Per longum secuit*, *laceravit* vestem, *abrupit* sermonem.

Ad hanc quidem stirpem referenda mihi, cum Freytagio in Lexico, videtur particula قَدْ, ita ut prima eius significatio sit *amputatio*, *dissectio*. Quum haec autem notio co-

gnata sit notioni *absolvendi*, facilè haec particula usurpari potuit ad denotandum, *aliquid esse prorsus absolutum, finitum*, quod nos dicimus *afgedaan*. Huic propriae potestati particulae قَدْ congruum est, ut, quod frequentissime fit, praemittatur Perfecto, atque huic *praeteriti perfecti* sensum addat, saepius et *plusquamperfecti*; e. g. n°. 28 قَدْ حَدَثَ فِى أُذْنِى ثِقَلٌ, propr. *acciderat in aure meâ gravitas.* — Saepissime transferri potest per *iam*, *dudum*; e. g. n°. 24 فَقَدْ شَاخَ *iam enim senex factus est.* Quia autem quod perfectum et absolutum est, ratum et certum est, hinc fortasse explicandus est usus huius particulae sensu *certe*, *equidem*.

قَدَحٌ *Cyathus, scyphus, poculum.*

قَدَرَ 1) *Valuit, potuit, praevaluit.* 2) *Determinavit sive definivit suo modo suâque mensurâ* aliquid. p. 4. — قَدْرٌ *Pretium, valor.* — قُدْرَةٌ *Potentia.* — مِقْدَارٌ *Quantitas* rei definita eiusve *mensura*. p. 14.

قَدَمَ *Praecessit, praeivit, prior fuit.* II 1) *Praemisit, antea, prius fecit.* n°. 61 et 107. 2) *adduxit, stitit coram* aliquo aliquid. cca. et إلى p. V i. q. I. اَلْمُلُوكُ ٱلْمُتَقَدِّمُونَ, in inscriptione capitis Selectorum II, sunt *principes, qui Mohammedem aetate antecesserunt.* — قَدِيمٌ, pl. قُدَمَاءُ, *Vetus, antiquus.*

قَدَا VIII *Imitatus est.* cc. ب.

قَذِرَ *Immundus, spurcus fuit.* — قَذِرٌ *Sordidus.* قَذِرَاتٌ *sordida, res sordidae.* n°. 116.

قَذًى *Festuca, similisve res in oculum incidens.*

قرأ f. a. *Legit* librum. cc. فى. n°. 25. — قُرْآن *Coranus*, sacer Moslemorum liber, sic dictus, ut videtur, a *lectione*, ad imitationem Iudaeorum, qui Biblia מִקְרָא appellabant. — قَارِئ, pl. قُرَّاء, *Legens*, *lector*, pec. *praelector Corani*, et *legendo Corano pietatique deditus*, *monachus*.

قَرُبَ f. o. *Prope*, *propinquus fuit* alicui. cc. من. Infinitiv. قُرْب. III *Prope accessit*. cca. p. 9. — قَرِيب, pl. قُرَبَاء *Propinquus*, pec. *consanguinitate*, *consanguineus*.

قَرَضَ X *Mutuo petiit*. ccga.

قِرْطَاس Graecum χάρτης, *Charta*.

قَرَى *Hospitio excepit* aliquem, *edendum praebuit* alicui aliquid *tanquam hospiti*. — قِرًى *Id quo excipitur hospes*.

قَسَمَ f. i. *Divisit*, *partitus est* aliquid; *suâ mensurâ suoque modo definivit aliquid; determinavit et destinavit* aliquid alicui (*iemand iets toedeelen*). ccar. et ل p. p. 4.

قَصَّ *Exposuit*, *narravit*. — قِصَّة 1) *Narratio*, *historia*. 2) *Expositio* alicuius rei *in libello*, *qui defertur ad regem*, Gallicum *exposé*, et *talis libellus ipse*. n°. 29.

قَصَدَ 1) *Tetendit*, *contendit* aliquò. cca. p. 13. 2) *Mediam viam tenuit*, *medio modo se habuit*, *nec parcus nec prodigus fuit*. cc. فى r. Inf. قَصْد. p. 8. VIII Idem, eâdem constructione. — قَصِيدَة *Poëma modicae mensurae*, decem vel septem ad minimum constans versibus.

قَصَرَ *Continuit*, *determinavit*, *restrinxit*. — قَصْر, pl. قُصُور, *Quod parietibus inclusum est*, uti *arx*, *palatium*. — قَصِير, fem. ة, propr. *Quod determinatum est certis limitibus*, hinc *brevis*.

قَضَى *Decrevit*, *sanxit*, *iudicavit*, *imperavit*. — قَضَآءٌ 1) *Decretum*, pec. *quo*, *ab aeterno*, *res a Deo praedestinatae sunt*. 2) *iudicis munus*, et 3) *imperium* in genere. — قَاضٍ, pl. قُضَاةٌ, *Iudex*.

قَطَّ *Secuit*. Ad hanc radicem refertur قَطُّ Adv. *unquam*; negatione antecedente, *nunquam*; non nisi de praeterito tempore usurpatur. — مِقَطٌّ *Instrumentum osseum*, *simileve*, *super quo calami caput praecidunt Orientales*.

قَطَعَ f. a. 1) *Secuit*, *resecuit*, *amputavit*. cca. 2) *Resecuit* seu *praecidit* alicui aliquid, veluti argumentationem. cc. عن p. p. 7. 3) *praecidit* alicui *respondendi facultatem*, *ad silentium redegit*. cca. n°. 134. IV *Assignavit* alicui *in foedum* terrae partem. ccga. p. 12. VII *Amputatus*, *abscissus est*.

قُطْنٌ *Gossipium*; nostrum *katoen*.

قَعَدَ f. o. *Sedit*, *consedit*, *adsedit*. Phrasis يَقْعُدُ تَحْتَ قَوْلِ فُلَانٍ, n°. 116, propr. *sedet sub dicto alicuius*, significare videtur: *valet in eum dictum alicuius*; quod nos dicimus *het gezegde van iemand is op hem toepasselijk*. — قَاعِدٌ, fem. ـَةٌ, *Sedens*, *considens*.

قَفَلَ 1) *Reversus est ex itinere*; 2) *Custodivit* aliquid. — Part. قَافِلٌ *ex itinere redux*. Fem. قَافِلَةٌ *Turba ex itinere redeuntium*; *iter simul facientium cohors* (*karavane*). p. 13. — قُفْلٌ *Sera*, *pessulus*.

قَلَّ *Paucus fuit*. II *Paucum fecit*. — قِلَّةٌ *Paucitas*. — قَلِيلٌ, fem. ـَةٌ, *Paucus*. قَلِيلًا Adv. *Paulum*. — أَقَلُّ *Minor*, *paucior*, *paucissimus*.

قَلَبَ *Vertit*, *invertit*, *versavit*. II Idem, cum intensione, *ite-*

rum atque iterum, sursum ac deorsum versavit aliquid manibus. cca. IV i. q. I. VII *Conversus, reversus est* ad aliquid. cc. الى. — قَلْبٌ, pl. قُلُوبٌ, *Cor, animus, mens.*

قَلَّدَ *Obvolvit.* II Idem, et *praefecit* aliquem *muneri*, quod vulgo dicitur *investituram concessit.* ccga. V Passivum formae II[dae].

قَلَمَ *Praesecuit* unguem. — قَلَمٌ *Calamus scriptorius.*

قُمّ Nomen urbis in Iracâ Persidis sitae.

قَمِيصٌ *Tunica* interula, pec. ex *gossipio*, Gallicum *chemise.*

قَنِعَ f. a. *Contentus fuit.* cc. ب r. p. 5. — قَنِعٌ *Contentus* (parvo). p. 2. — قِنَاعٌ *Calantica.* Elegans locutio occurrit n°. 134 أَلْبَسَنِي قِنَاعَ ٱلْتَّخَجُّلِ, propr. *induit me calanticâ pudoris*, i. e. *pudore me suffudit.*

قَاتَ f. o. *Aluit* suos. — قُوتٌ, pl. أَقْوَاتٌ, *Alimentum quo corpus subsistit, cibi sufficientes nutriendo corpori.* p. 4.

قَادَ f. o. *Duxit* (antecedens) equum, canem. p. 12. — قَوَّادٌ *Leno.*

قُوَارِيطُ Nomen puëllae cuiusdam. n°. 108.

قَالَ f. o. *Dixit* ccar. et ل vel الى p. — قَوْلٌ *Dictum, effatum.* قَوْلُهُ تَعَالَى, i. e. *effatum eius, qui exaltetur;* ita Arabes effata Corani citant.

قَامَ f. o. 1) *Stetit, constitit.* 2) *Surrexit*, in honorem alicuius. cc. الى p. n°. 81. Infinitiv. قِيَامٌ. n°. 67 et 71. 3) *Ferbuit, ut multa mercatura excerceretur*, forum. p. 8. IV *Commoratus est, constitit, substitit.* X *Constitit, se erexit in pedes; recte constituta fuit* res. Inf. أَسْتِقَامَةٌ, *rectitudo.* p. 11. —

قَوْمٌ 1) *Populus, coetus hominum.* يا قَوْمِ, n°. 25, est pro يَا قَوْمِى *popule mi!* 2) *quidam homines, aliquot, nonnulli.* — قِيَامَةٌ et قِيمَةٌ *Resurrectio mortuorum.*

قَوِىَ 1) *Valuit robore, potentiâ.* 2) *Praevaluit* rei. cc. على (*magt hebben over iets*). p. 5. II *Corroboravit.* — قَوِىٌّ *Robustus, validus.* p. 2. Comp. et sup. أَقْوَى. p. 5. — قُوَّةٌ *Robur, vis, potentia.*

قَيْصَرُ Nomen proprium *Caesar.* p. 10.

قَيْنَةٌ, pl. قِيَانٌ, *Ancilla, puëlla cantatrix, fidicinave*, et in genere *cantrix.*

ك

كَ, fem. كِ, Pronomen pers. inseparabile 2dae pers. singulare.

كَ Praep. *Sicut, instar.* — كَأَنَّ *Ac si.* — كَمَا *Sicut, quemadmodum.* — كَذَا 1) *Sicut hoc, sic, ita.* 3) *talis;* 3) *tantum, tot* (Gramm. § 249). p. 13.

كَأْسٌ *Poculum, calix.*

كَبَّ *Postravit humi.* IV *Incubuit, irruit* in aliquam rem. cc. على. N°. 134 usurpatur de eo, qui *avide* in edulium, sibi in deliciis habitum, *irruit*, *toto corpore* versùs illud *inclinato.*

كَبِدٌ, pl. أَكْبَادٌ, *Iecur, cor.*

كَبُرَ *Magnus fuit.* — كَبِرَ *Adolevit, provectae aetatis fuit.* — كِبَرٌ *Grandaevitas, senectus.* — كَبِيرٌ, fem. ةٌ, *Magnus.* Pl. كُبَرَاءُ *magnates.* — أَكْبَرُ *Maior, maximus.*

كَتَبَ f. o. *Scripsit* ad aliquem. cc. ب r. et الى p. X *Rogavit, petiit ut scriberet.* ccap. — كَاتِبٌ, fem. ةٌ, 1) *Scribens.* 2) *scriptor, scriba, amanuensis, secretarius.* — مَكْتُوبٌ *Scriptum, inscriptio; epistola;* cum art. *scriptura sacra.* p. 7. — كِتْبَةٌ *Descriptio libri.* — كِتَابٌ *Scriptum, epistola, liber.* كِتَابُ ٱللّٰهِ, n°. 89, *Liber Dei*, i. e. *Coranus.*

كَتَمَ *Celavit* aliquid. p. 11. Inf. كَتْمٌ et كِتْمَانٌ. p. 4.

كَثُرَ *Multus fuit, abundavit.* IV 1) *Multiplicavit.* 2) *multum usurpavit.* cc. من r. n°. 114. X *Multum expetivit.* cc. من. — كَثِيرٌ, fem. ةٌ, *Multus.* كَثِيرًا مَا *Saepius.* — كَثْرَةٌ, et minùs bene كُثْرَةٌ, *Multitudo.* p. 2.

كَدِرَ *Impurus, turbidus fuit* liquor. II *Impurum, turbidum reddidit.* n°. 82 كَدَّرَ وَنَكَّدَ, i. e. *conturbavit*, sive *contristavit vitam eius.*

كَذَبَ *Mentitus est.* II *Mendacii arguit.* ccap. — كَاذِبٌ, fem. ةٌ, *Mentiens, mendax.*

كَرَبَ *Anxit* animum, *moerore affecit.*

كُرْسِيٌّ *Solium, sella, sedes.* p. 11.

كَرُمَ f. o. *Generosus, liberalis* et *honorificus fuit.* II et IV *Honoravit, honore affecit.* كَرَّمَ ٱللّٰهُ وَجْهَهُ *Honoret Deus vultum eius!* benedicendi formula. p. 4. — كَرَمٌ 1) *Generositas, liberalitas.* 2) *generosus* (utriusque generis numerique). p. 2. — كَرْمٌ 1) *Vitis.* 2) *Vinea.* — كَرِيمٌ, pl. كِرَامٌ, *Generosus, nobilis, liberalis.* — أَكْرَمُ *Nobilior, liberalior, liberalissimus.* — مَكْرُمَةٌ, pl. مَكَارِمُ, *Res, actiove, generosa, nobilis, liberalis.*

كَرِهَ f. a. *Aversatus est, abhorruit, respuit, detestatus est, noluit* aliquid, quod sibi non gratum erat. cca. et c أَنْ verbi. p. 11. IV *Invitum coëgit adegitve* aliquem ad aliquid. cca. et عَلَى. p. 11.

كَرَا III et IV *Locavit* alicui aliquid. ccga. VI et VIII *Mercede conduxit* aliquid (iets *huren*). p. 13.

كَسَبَ f. i. *Acquisivit sibi* aliquid. p. 7.

كِسْرَى (e Pers. خُسْرَو) *Chosroës*, nomen imperatorum Persicorum. p. 10.

كَسَرَ f. i. *Fregit* aliquid. p. 10.

كَسَفَ *Obscuravit, eclipsi affecit* Deus *solem*. — كُسُوفٌ *Obscuratio, eclipsis solis.*

كَسِلَ f. a. *Segnis et ignavus fuit*. Inf. كَسَلٌ. p. 2.

كَسَا f. o. *Induit* aliquem veste. ccap. — كِسْوَةٌ *Vestimentum* (haec vox complectitur plures vestimenti partes). p. 10.

كُشَاجِمُ, n°. 57 et 61. vid. أَبُو ٱلْفَتْحِ كُشَاجِمُ.

كَظَمَ f. i. *Cohibuit compressitque* iram suam. p. 4.

كَفَّ 1) *Clausit, adstrictis vinculis, peram*, hinc *prohibuit, cohibuit*. Inf. كَفٌّ.

كَفَنَ *Involvit ferali amiculo* mortuum.

كَفَى f. i. *Suffecit* aliquid, *satis fuit* alicui. ccap. p. 4.

كُلٌّ *Universitas;* cum nomine in Genitivo casu sequente *omnis, unusquisque;* e. g. كُلُّ نَاسٍ *omnes homines;* كُلُّ شَيْءٍ *unaquaeque res.* — كُلَّ يَوْمٍ *quotidie.* — كُلُّ مَنْ *Quicunque.* — كُلَّمَا *Quotiescunque.*

كَلَأٌ *Pabulum, sive virens, sive aridum.* p. 3.

كَلْبٌ *Canis.* p. 11.

كَلَحَ *Austero et tetrico vultu fuit*, et *talem vultum assumsit.*

كَلِيلَةٌ et دِمْنَةٌ Nomina propria duorum thoum, quibus inscribitur fabularum liber, vulgò *Bidpai* dictus. p. 6. Quod ibi ex illo libro citatur, aliis verbis legitur in editione Sacyanâ, p. 226.

كَلَّمَ II *Allocutus, affatus est* aliquem ccap. V *Locutus, sermocinatus est, verba fecit.* — كَلَامٌ *Oratio, sermo, dictio, dictum, effatum.* — كَلِمَةٌ *Verbum, dictio, vocabulum.* p. 6.

كِلَانِ, fem. كِلْتَانِ, in statu constructo كِلَا et كِلْتَا, dual. *Ambo, uterque.*

كَمْ Pronomen interrogativum de quantitate, *Quantum? quod?* Vid. Gramm. § 249. فِي كَمْ *quanto tempore* (*in hoeveel tijd*). p. 5.

كُمْ, fem. كُنَّ, Pron. pers. insepar. 2 pers. plur. — كُمَا duale.

كَمَّ *Obtexit, operuit.* — كُمٌّ *Manica vestis, indusii.*

كَامَخٌ *Obsonium*, seu *condimentum paratum cum aceto, embamma.*

كَمَلَ *Integer, perfectus fuit.* Inf. كَمَالٌ.

كَمِهَ *Obscurus fuit* dies; *caligavit* oculus; *talis fuit, qui noctu et vesperâ non cernit; coecus fuit*, pec. a nativitate. — أَكْمَهُ *Coecus*, pec. a nativitate. p. 7.

كَادَ, Med. و. *Parum abfuit quin.* cc. Imprfcto.

كُوزٌ *Cantharus, scyphus.*

كُوفَةُ, cum Artic., *Coufah*, Iracae urbs.

كَوْكَبَ Quadril. *Fulsit.* — كَوْكَبٌ, pl. كَوَاكِبُ *Stella, sidus.*

كَانَ f. o. 1) *Exstitit, fuit.* De constructione vid. Gramm. § 258. Animadvertatur phrasis: كَانَ لَهُ ٱبْنٌ, id est quemadmodum Latini quoque dicunt, *erat ei filius*, pro *habebat filium.* De phrasibus كَانَ عَلَى et كَانَ عَلَى أَنْ dictum est in v. عَلَى. 2) *accidit, evenit.* — مَكَانٌ *Locus.*

كَيْفَ Adv. *Quomodo?* — كَيْفَ أَنْتَ, fem. كَيْفَ أَنْتِ, *Quomodo vales?* n°. 6.

ل

لَ Partic. asseverandi *Sane, verò, utique.* Frequenter hac particulâ utuntur Arabes ad distinguenda singula enuntiationis membra, vel subiectum a praedicato, ut ita simul vis orationi addatur, unde etiam Arabibus dicitur *Lam energetica:* imprimis hoc fit post coniunctiones لَوْ *si*, vel لَوْلَا *nisi*, et إِنْ *profecto, sane;* n°. 43. وَلَوْ عَرَفْنَاكَ لَأَجَبْنَاكَ *et si nosceremus te, certe responderemus tibi;* n°. 51 إِنَّ فِي ٱلْعِلَلِ لَنِعَمًا, i. e. *profectò morbi sua habent bona.* Cf. etiam n°. 61, et Grammat. § 221, 7°, in fine. — لَمَّا *Sane non, profectò non.* n°. 20. لَتَنْ vid. إِنْ.

لِ Praep. valens 1) *ad*, sive *to* Anglorum sive Gallorum *à*, et hinc saepissime respondet *casui Dativo Latinorum.* Exempla sunt n°. 10 يَوْمٌ أَغْيَمُ لِلصَّيْدِ, *dies nubilus ad venationem est;* n°. 64 وَيَتَلَطَّفُ لِأَسْتِرَاقِ ٱلسَّمْعِ *et sese insinuare ad sublegenda verba, quae fiebant;* n°. 3 وَقَالَ لَهُ (Grammat. § 221, 7°, in fine paginae) *et dixit ei;* n°. 11 يَنْبَغِي لِلْعَاقِلِ *convenit pru-*

denti; n°. 21 كَتَبَ الَى عَامِلٍ لَهُ, propr. *Scripsit praefecto, qui ei* (erat), i. e. *cuidam ex eius praefectis.* Simile exemplum vid. n°. 54 دَعَا صَدِيقًا لَهُ. Huc referendus quoque usus praepositionis ل ad denotandum *auctorem* libri, scriptive, veluti in horum Selectorum titulo لِأَبِى مَنْصُورٍ cet., id est *auctore Abou-Mansouro;* cuius ل propria vis esse videtur haec, ut denotet, talem librum scriptumve huic illive scriptori *tribuendum esse*, sive potiùs sermone vernaculo, *dat het hem, als schrijver, toebehoort.*

2) *ob, propter,* e. c. n°. 16 عَجِبْتُ لِمَنْ, propr. *admiratione affectus sum propter eum qui;* n°. 47 لِجُودِهِ *propter liberalitatem eius;* n°. 38 لِمَ *ob quid, cur;* n°. 96 لِذٰلِكَ *ob hoc, propterea, ideo;* n°. 106 لِأَنَّ vid. أَنَّ.

Verbo personali praeposita haec particula in coniunctionem abit sive coniunctionis vim habet, et significat,

a) quando cum Coniunctivo construitur, idem ac Gallicum *que, afin que, pour que,* Latinum *ut*, vel *ad* cum gerundio; e. g. n°. 24 اسْتَأْذَنَهُ لِيُقَبِّلَ *veniam eum rogavit, ut oscularetur;* n°. 92 لِيَغْسِلَ بِهِ طَمَعَهُ *ut eo abluat cupiditatem suam.*

b) Quando verò cum Iussivo construitur, huic addit *Imperativi* vim, et tunc reddenda est per *coniunctivum Latinorum,* sive per Gallicum *que*, e. c. n°. 41 لِتَكُنْ *sint.*

Caeterum cf. Grammat. § 121, 7°, et 49, 3°.

لَا Adv. 1) *Non, minime.* 2) *ne*, vetandi partic. cc. Iussivo. Gramm. § 235. 3) i. q. لَيْسَ *non est.* cca. e. g. n°. 52 لَا خَيْرَ فِى ٱلسَّرَفِ *non est bonum in nimio.* Vid. Gramm. § 244.

لَأَكَ IV *Misit.* — مَلْأَكٌ, sive مَلَكٌ, pl. مَلَائِكُ et مَلَائِكَةٌ *Angelus.*

لِئَلَّا Coniunct. (composita ex لِ *ad*, أَنْ *ut*, et لَا *non*) *Ne, quo minus.* cc. coniunctivo.

لَبَدَ *Substitit, constitit; inhaesit* terrae res. II *Confertim contigit* terram *operuitve* ros, et effecit ut cohaereret; *quiescere fecit* pulverem. V *Percussa ab illabente* pluviâ *et pertusa fuit*, indeque *cohaesit inter se* terra; et i. q. I. n°. 18 مَا أَشْبَهَ كَلَامَهُ بَعْدَ كَلَامِهِمْ إِلَّا بِمَطَرٍ تَلَبَّدَتْ عَجَاجَتُهُ. Huius loci postrema verba antea pro mendosis habui, et emendandis huncce in modum: تَلَبَّدَتْ بِهِ عَجَاجَتُهُمْ, ut redderentur: *Haud alii rei assimilem sermonem eius post sermonem illorum, quàm pluviae quâ nubes pulveris illorum terrae appacta est.* Nempe Soleimanus hoc velle mihi videbatur: Quemadmodum larga pluvia pulverem concitatum terrae affigit, et ita efficit, ut respiremus, sic etiam oratio plana et perspicua huius viri nebulas quasi molestas, confusis illorum virorum sermonibus concitatas, fugavit et nos recreavit. At vero et sine textûs recepti mutatione hic locus ita explicari posse videtur, ut bonus sensus prodeat; Vox enim عَجَاجَةٌ etiam *strepitûs* significationem habet, quâ admissâ locus sic vertendus est: *Haud alii rei assimilem*, caet. — *quàm pluviae, cuius strepitus* (ingratus ille sonus, quem vehemens imber excitat) *substitit, cessavit.* Secundum hanc interpretationem Soleimanus et huius et illorum virorum sermonem cum pluviâ comparat; illorum quidem cum imbre vehementi, animum ingrato sensu afficiente, huius vero cum leni pluviâ, quae

imbrem consequi solet, et spirare facit animum a molesto illius strepitu. [Weijers auctorem scripsisse iudicabat تَلَبَّدَتْ بِهِ عَجَاجَةٌ, convertens: *waardoor een stofwolk is aan den grond geplakt.* Sed verbum non significat *terrae appacta fuit* res, sed *substitit adeo ut quiesceret nec ampliùs moveretur.* Vid. عَجَاجَةٌ, quod *clamorem* quidem, non verò *strepitum* imbris, significat. — Postea Weijers mutavit sententiam in annotatione ad Thaâlebîi *Syntagma dictorum brevium et acutorum*, quod edidit cl. Valeton, et in quo p. ٣٢ et ٣٣ idem aliis verbis narratum legitur. Ibi legitur كَأَنَّ كلامه بعد كلامهم مطرة تلبّدتْ عجاجة i. e. *alsof zijn rede na hun rede een regen was, die een stofvlaag tot rust bracht;* atque etiam in altero libro legendum esse statuit Weijers بِمَطَرَةٍ تَلَبَّدَتْ عَجَاجَةً. Verùm enim verò, auctorem in utroque libro idem scripsisse, non constat. T. R.]

لِبْدٌ *Stratum*, pec. *quod subditur ephippio*, ad molliendam sedem, et *sella ipsa.*

لَبِسَ f. a. *Sibi induit* vestem, et *indutus eâ fuit.* cca. IV *Induit* alicui aliquid. ccga. — لِبَاسٌ *Indumentum, vestis.*

لَبَّى. II *Ad sacra Meccana peragenda obedientem se praestitit.*

لَجَأَ *Confugit* ad aliquem. IV *Compulit, adegit* aliquem, *ut confugeret* ad aliquem. p. 6.

لَحَظَ *Limis adspexit* aliquem *oculis.* Inf. لَحْظَةٌ. III Idem. p. 4.

لَحِفَ IV *Importune institit* et *coëgit.*

لَحِقَ *Assequutus est* aliquem. p. 2.

لَحُمَ *Carnosus fuit.* — لَحْمٌ, pl. لُحُومٌ, *Caro.*

لِحْيَةٌ *Barba.*

لَذَّ *Suave* et *volupe fuit.* — لَذَّةٌ *Voluptas, delectatio.*

لَزِمَ 1) *Assiduus fuit* in re. ccar. n°. 101. 2) *Necessarius fuit.* — لَازِمٌ *Obstringens.* — أَلْزَمُ *Magis, maxime obstringens.*

لِسَانٌ, pl. أَلْسُنٌ, 1) *Lingua.* 2) *testimoninm.*

لَصَّ *Furatus est, praedo fuit.* — لِصٌّ, pl. لُصُوصٌ, *Fur, praedo.*

لَطَخَ f. a. *Inquinavit, contaminavit.* cca. II Idem. n°. 33. VIII Pass. formae I^mae^. — لَطْخَةٌ *Macula, labes.*

لَطَفَ *Benignus, propitius fuit, favit.* لَطُفَ *Exilis, subtilis fuit* res, pecul. *elegantiae notione adiunctâ.* III *Benignus, comis et blandus fuit erga* aliquem cca. V *Benigne, comiter et blande se gessit.* — لَطَافَةٌ *Subtilitas, elegantia.* — لَطِيفَةٌ, pl. لَطَائِفُ, *Res subtilis, elegans, venusta, lepida, festiva.*

لَعِقَ f. a. *Linxit, lambit.* Inf. لَعْقٌ. — لَعْقَةٌ *linctus* unus. p. 10. — مِلْعَقَةٌ *Cochlear.*

لَعَلَّ vid. عَلَّ.

لَعَنَ *Exsecratus est* aliquem, *male dixit* alicui. ccap. — لَعْنَةٌ *Maledictio, dirae.*

لَفَتَ *Inflexit, convertit.* VIII *Convertit se* ad aliquem. cc. إلى p.

لَفَظَ *Pronuntiavit, protulit verba.* — لَفْظٌ et لَفْظَةٌ *Effatum, dictum, vocabulum.*

لَقِمَ *Celeriter deglutivit.* — لُقْمَةٌ *Buccea, bolus.* — لُقْمَانُ Nomen sapientis apud Arabes celeberrimi. p. 7.

لَقِيَ *Obvium habuit.* cca. IV *Iecit, proiecit.* cca. VIII *Occurrerunt sibi invicem.*

لٰكِنْ fere ante verba, لٰكِنَّ non nisi ante nomina et pronomina, Coni. *Sed, at, tamen, verò.*

لِكَيْ Coni. *Ut, quo.* cc. Coniunctivo.

لَمْ Adv. *Non, haud.* cc. Iussivo.

لَمَّا Adv. *Quum, ubi, postquam.*

لَمَّ *Prope fuit, accessit, venit.* IV *Prope accessit* ad aliquid. cc. ب r.

لَمَعَ *Micuit, splenduit, rutilavit.*

لَنْ Coni. *Non, haud.* cc. Coniunctivo.

لَهِفَ *Doluit, ingemuit.* مَلْهُوفٌ *Iniuriam et vim passus, afflictus, moestus.*

لَهَا *Lusit, oblectavit animum.* — لَهْوٌ *Lusus, oblectatio, oblectamentum.*

لَوْ Coni. *Si, quod si.* Differt ita ab إِنْ, ut haec sit conditionalis, illa hypothetica particula. — لَوْ لَا *Nisi.*

لَوْزِينَجٌ *Dulciarium opus, potissimum ex amygdalis* (لَوْزٌ) *confectum.*

لَامَ Med. و. *Reprehendit, corripuit.* Inf. لَوْمٌ.

لَوْنٌ, pl. أَلْوَانٌ, 1) *Color.* 2) *genus, species.*

لَيْتَ Adv. *Utinam!*

لَيْثٌ *Leo.*

لَيْسَ Verbum negandi, *non est.* De constructione vid. Gramm. § 258.

لَيْلٌ *Nox.* — لَيْلَةٌ *Nox una.*

م

مَا 1) Pron. interrog. indecl. *Quid?* e. g. n°. 38 مَا هٰذَا *quid est hoc?* Quando ei praefigitur praepositio, littera ا vulgo omittitur, veluti l. l. فَلِمَ *cur igitur?* 2) Usurpatur quoque citra interrogationem, nunquam tamen de ratione praeditis, et tunc significat *id quod;* e. g. n°. 17 أَحْسَنُ ثِيَابِكُمْ مَا, *pulcherrimum vestimentorum vestrorum est id, quod.* 3) Adv. *Quoad, quamdiu;* e. g. n°. 32 مَا دَامَ *quoad versatur.* 4) Part. exclam. *Quam!* e. g. n°. 25 مَا كَانَ أَوْضَعَهُ *quam humilis fuit!* Vid. Gramm. § 233. 5) Part., quae adverbiis affixa, iis addit notionem quae Latino sermone voce *cunque* exprimitur, veluti n°. 85 كُلَّمَا *quotiescunque;* n°. 116 اِذَامَا *quandocunque.* Nonnunquam omni significatione caret, et plane expletiva est, uti in لَمَّا et بِمَا i. q. لِ et بِ. 6) Adv. negandi *Non, haud.* — لَمَّا vid. لَمْ. — أَمَا *Annon? Nonne?* videatur suprà. — إِمَّا Conj. *sive, aut.* n°. 7.

مِائَةٌ Nom. num. *Centum.*

مَتَعَ *Utilitatem, fructum cepit, fruitus est.* V Idem, et *oblectavit se.*

مَتَى Adv. 1) interrog. *quando, quonam tempore?* 2) citra interrogationem *quando, quum.* — حَتَّى مَتَى *Quamdiu? quousque?*

مَثَلَ *Similis fuit* alicui, *retulit* eum. — مَثَلٌ, pl. أَمْثَالٌ, 1) *Similitudo.* 2) *simile, parabola, proverbium, fabula.* — مِثْلٌ *Similitudo.* n°. 98 i. q. nostrum *wedergâ.* n°. 37 مِثْلَهُ vertendum

est *talis viri*, *qualis ille erat*, sive *viri istiusmodi*, vern. *iemand van zijn slach;* sic et n°. 112 لِمِثْلِى reddas *voor iemand als ik ben.* — مِثْلَ Praep. (vid. Gramm. § 215) *Sicut*, *instar.*

مَحَّصَ *A sordibus purgavit*, pec. *aurum igne.* II Idem.

مَحَنَ *Tentavit*, *experimento probavit.* — مِحْنَةٌ, pl. مِحَنٌ, *Res, quâ tentatur probaturque homo*, *afflictio*, *calamitas.*

